



**R. Patris, Francisci Svarez, E Societate Iesv,
Metaphysicarvm Disputationvm, In Qvibvs Et Vniversa
Natvralis Theologia Ordinate Traditvr, Et Qvæstiones Ad
omnes duodecim Aristotelis Libros ...**

Suárez, Francisco

Mogvntiæ ; [Coloniæ Agrippinæ], 1630

5 Vtrum omnis subsistentia creata indiuisibilis sit, & omnino
incommunicabilis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94179](#)

ialis dependentia, si personalitas est res distincta? At si solum est modus, facilis est ratio, quia intrinseca ratione essentia modi est, ut per se ipsum sine aliquo donum interueniente actu sit coniunctum, & modus distet rem cuius est modus: & ideo conservari non potest separatus à tali re: nam hoc ipso quod separatur definitur eius ratio formalis seu essentia. Quod autem personalitas non possit sine propria natura conservari, omnes supponunt: nam sicut intelligi non potest quod conservetur sensio, sine sedente aut, ratio sinestante, neque actualis inhalio sine forma inherente: ita nec per se esse sine natura existente. Omnes denique similes questiones optime desinuntur iuxta hunc dicendi modum, ut latius in 1. Tom. 3. part. D. Tho. q. 2. 3. & 4. prosecutus sum, & in sequentibus nonnulla etiam attingam: est ergo hic dicendi modus probabilior, ac exteris praferendus. Neque superest soluenda illa ratio, que contra hanc conclusionem obici posset, nam tractando opiniones Durand. Scotti, & Caietan. quae sunt veluti inter se extreme opposita, & inter eas hac nostra sententia est medias, omnibus est satis factum.

*Compositio ex natura & subsistencia,
qualis.*

Dico tertio: Personalitas creata veram facit compositionem cum creata natura, tanquam modus cum re modificata, seu tanquam terminus cum re terminabili. Hac assertio satis probata est ex dictis contra Caietanum: & suppositis quæ diximus, est satis claram compositionis realis nihil aliud est, quam conjunctione eorum, quæ in re distinguuntur ad componendum verum tertium: ita vero comparantur in præfatis natura & personalitas. Atque ita satis declaratum esse relinquitur, quo modo personalitas ad natum comparetur, tam in modo afficiendi illam, quam in distinctione, vel compositione cum illa.

Solum posset inquiri de comparatione in perfectione, virtute, felicitate, perfectior sit simpliciter, vel in genere entis, naturane, an subsistencia eius. Nam subsistencia est per se res distincta, videri potest res dubia, nam subsistencia est actus naturæ substantialis, & ultimum, & si est propria entitas intelligenda videtur tanquam sustentans & fulcens ipsam naturam, merito ergo existimari potest perfectior illa. Item a quo exhibet, qui existimare existentiam esse rem distinctam ab essentia, iudicant esse perfectorem, quia est actus eius: idem ergo fortasse iudicabunt de suppositione, quia etiam est actus, & terminus substantialis, præterea cum loquendo consequenter in illa sententia, probabilius sit subsistentiæ esse omnino idem cum existentia substantiali.

Ac vero iuxta nostram sententiam absolute vere est, substantiale naturam esse perfectorem sua subsistencia, quia subsistencia tantum est quidam modus naturæ vero est vere ac propriæ substancialis entitas. Item, quia in subsistencia completa perfectior est essentia substantia: quam modus eius. Denique hoc confirmatur, quia alias Verbum non assūmisse præcipuan entitatem, quæ est in homine, quod est inconveniens. Imo Scotus, ut sectione præcedente vidimus, repugnat inconveniens, quod verbum non assūmisse aliquam entitatem positivam & substancialem, quæ in nobis sit. Quod nos etiam facile concedemus esse inconveniens de propria entitate: negamus autem esse inconveniens de modo extensi ipsius naturæ: quin potius est necessarium & apertissimum ad explicandum mysterium. Nam hoc ipso, quod humanitas non fuit nisi relata, ut in se subsisteret, sed infra Verbo, neceſſe est, ut modus essendi mutaretur, non tamen quod entitatem amiserit. Sicut quantitas cum separatur a pane per consecrationem, mutat internum modum essendi, sine ablitione alicuius entitatis propria, & intrinsecæ. Vnde sicut in acci-

dente, si comparetur actualis unio quantitatis ad ipsam quantitatem, est quid minus perfectum, quam ipsa quantitas, ita è conuerso in substantia modus substitendi est quid minus perfectum, quam ipsa natura.

Vltimo potest inquiri, an personalitas comparetur ad naturam, ut actus intrinsecus, vel extrinsecus eius. Ad quod facilis est responsio ex dictis: si enim actus extrinsecus dicatur actus essentialis, si personalitas non est intrinseca naturæ, quia non est de essentia rei, ut ostensum est, alia non posset ab illa distinguiri, quia nihil magis est idem cum re quam essentia eius. Potest autem personalitas dici intrinseca naturæ, vel quia illi est intime coniuncta, vel quia ex natura rei debetur. At vero respectu persona dici potest intrinseca tanquam de intrinseca ratione, & constitutione eius, quia illam intrinsece componit. ut superioris contra opinionem Capreolo attributum sat probatum est.

XLII.

SECTIO V.

*Vtrum omnis substantia creata indivisibilis sit &
omnino incommunicabilis.*

Ex dictis in sectione præcedente colligi potest definitio, seu descriptio substantie creatae de qua sola nunc agimus, vel delictum esse modum substantialem ultimum terminantem substantialem naturam, constituentemque rem per se substantiem & incommunicabilem. Cuius descriptionis omnes partes declaratae à nobis sunt, præter ultimam de incommunicabilitate: quamquam enim hac non sit de ratione substantie ut sic, nam in Deo reperitur substantia communicabilis: est tamen de ratione substantie creatæ propter limitationem eius, ut in superioribus tactum est. Ac propterea omnis substantia creata est supposita vel personalitas, de cuius ratione est incommunicabilitas, sine illa controvèrsia. Ad explicandum autem exacte hanc incommunicabilitatem, coniungimus aliam proprietatem de indivisibilitate substantie, & ab ea incipiendum est, quoniam eius cognitio confert ad dictam incommunicabilitatem intelligendam. Non est autem quod ad hanc partem difficultas de rebus spiritualibus, quia certissimum est earum substantiam esse indivisibilem sicut & naturam: oportet enim, ut inter se proportionem servent: vnde sicut utrumque spiritualis est, ita etiam indivisibilis.

*Sitne substantia rerum materialium
divisibilis.*

Hinc vero nascitur difficultas quoad substantias materiales: nam cum earum natura divisibilis sit videtur necessario earum substantia esse etiam dividibilis propter rationem tactam: quia oportet ut inter se proportionem servent, & declaratur in hunc modum, quia natura materialis dupliciter est divisibilis, uno modo essentialiter, seu in partes essentiales ut humanitas in corpus & animam, & quilibet alia in suam materiam & formam, vel quantitatibus seu in partes integrales, ut una aqua in multas &c. Et ratione utriusque compositionis, seu indivisibilitatis videtur necessarium ut substantia materialis divisibilis sit: ratione quidem prioris compositionis, quia substantia non est entitas simplex distincta realiter à materia & forma, cum non sit entitas distincta à tota natura composta, ut ex sectione præcedenti patet: est ergo modus totius naturæ integræ proximè & immediate totam illam ut sic, id est, ut completam & integrum afficiens. ergo sicut ipsa natura non est simplex, sed composta, ita & eius substantia non est mo-

X 2 duus

Tom. II. Metaphys.

dus simplex, sed compositus: ergo est diuisibilis in ea ex quibus componitur. Et confirmatur: nam licet subsistentia sit modus ex natura rei distinctus à natura, tamen cum non sit res omnino distincta, sed modus tantum, aliquam etiam identitatem habet cum ipsa natura: non identificatur autem cum aliqua parte essentiali nature, sed cum tota adæquate: cum ergo natura non sit simplex, sed composita & diuisibilia: necessè est ut subsistentia habeat similem seu proportionalem compositionem ac diuisibilitatem, quia intellectu non potest quod res aut modus simplex idendificeretur proxime & adæquate cum re composita. Atque hæc ratio cum proportione applicata etiam probat subsistentiam rerum materialium esse diuisibilem ex altero capite, id est, ob compositionem ex partibus integrantibus. Et præterea est hic specialis ratio, quia materialis subsistentia non potest esse tota in toto, & tota in qualibet parte, quia hoc repugnat rei materia: ergo oportet ut sit tota in toto & pars in parte, & hoc est esse diuisibilem.

III.

In contrarium autem est, quia repugnat rationi subsistentia quod diuisibilis sit, eo quod sit contra incommunicabilitatem eius. Nam si est diuisibilis: ergo pars subsistentia vnitur parti subsistentiae: ergo communicatur una subsistentia alteri per unionem, quia nihil aliud videtur esse communicari, quam vivi. Et declaratur in vitroque membro supra posito: nam si subsistentia est diuisibilis propter partes essentiales nature: ergo in supposito equi verbi gratia, pars subsistentia est in materia, & pars in forma: ergo subsistit anima equi per subsistentiam partialiem: ita ut sicut potest Deus conseruare animam equi separata à materia, ita etiam potest conseruare subsistentiam partialiem eius, quandoquidem in eo casu illam conseruaret subsistentem: consequens autem repugnat materialitatem talis formæ, alioqui etiam naturaliter posset in ea subsistentia permanere separata à materia. Cur enim potest rationalis anima sic conseruari, nisi quia subsistens est? Rursus, si subsistentia esset diuisibilis ratione partium integrantium: sequeretur, duas partes aquæ inter se continuas esse duo supposita partialia, nam habent partiales subsistentias & spiritualitates: consequens autem est contra sensum omnium & communem loquendi modum. Item sequitur aquam, quando actu separata est ab omni alia aqua, esse communicabilem secundum se totam, & secundum subsistentiam suam, alteri aqua seu roti ex utraque compositæ: hoc autem est contra rationem subsistentia, ut dixi.

Prior sententia proponitur.

IV.

In hac re moderni Philosophi (antiqui enim nihil fere de hoc disputatione fecerunt) sentire videntur subsistentiam omnem esse diuisibilem, atque hoc esse de ratione illius ob incommunicabilitatem eius. Et qui ita sentiunt, consequenter negant, aut materialem, aut formam, materiale præserim vere subsistere: de rationali autem anima dissensio est, ut dicemus. Negant etiam partes integrales subsistere in toto, etiam si separata possint per se conseruari, & subsistere. Unde consequenter aiunt, quando aqua in duas partes dividitur, totam subsistentiam aquæ diuisæ destrui, & duas alias de novo produci: quia destruitur unum suppositum, & incipiunt duo. Hic autem dicendi modus facilius intelligitur iuxta sententiam Caietani assertentis subsistentiam esse entitatem omnino realiter distinctam à tota natura composita, & consequenter à materia etiam, & à forma: nam supposita illa sententia cessant multæ ex difficultatibus posse: Quia iuxta illâ facile dicetur in hominé, verbi gratia, subsistentiam esse quandam simplicem entitatem, eamque fateri oportebit esse spiritualē, quia si simplex est, non poterit esse composita ex spirituali & materiali, & quia formam consequitur, & ad perfectio-

nem pertinet, potius spiritualis erit quā materialis: atque ita sit ut sit indivisibilis, & quod ex se primo affectat animam & per illam corpus, ut ita tandem terminet totâ naturam: In aliis vero rebus talis entitas materialis erit, & immediate terminabit totâ naturam, partes vero non nisi ut componunt naturam integrum, & ideo, si illa natura dissoluatur, aut dividatur, entitas subsistentiae non manebit in partibus, sed destruetur, atque ita est etiam indivisibilis. At vero iuxta nostram sententiam difficultius hæc doctrina defendi potest, & ideo absolute falsam illam censimus, & in omni opinione insufficientem ad hanc explicandam.

Questionis resolutio.

V Tergo rem totam declaremus, supponimus duobus modis post aliquam rem dici indivisibilem: uno modo, quia omnino ex nullis partibus constat, ut angelus vel punctus: alio modo quia licet composite sit, vel est indissolubilis, ut substantia celi, vel dissolubilis, extrema ex quibus componitur conservari non possunt extra torum, quod interdum in troque extremo contingit ut in minimo naturali, & in toto heterogeneo quoad aliquas partes principales: interdum vero in altero tatum, ut in brachio si sit tota diuidatur, quia non manet idem quod ante era omnibus ergo his modis intelligi potest, subsistentia esse indivisibilem: quis autem illorum verus sit superest declarandum.

Dico primo, subsistentia rerū spiritualium effindiuisibilis priori modo. Hæc assertio perse nota est & facta probata in principio sectionis.

Dico secundo: nulla subsistentia materialis naturæ seu suppositi est hoc modo indivisibilis. Hanc etiam conuincunt (ut opinor) rationes dubitandi priori loco factæ, & præterea declaratur: nam si subsistentia aliquius naturæ materialis est, hoc modo indivisibilis, maxime propria subsistentia humanitatis sed illa nō: ergo nulla. Major est evidens, tum quia in eternis evidenter procedunt rationes prius factæ: tum etiam quia in humanitate saltem anima est spiritualis. Probatur ergo minor, quia subsistentia hominis non est omnino spiritualis: ergo non potest esse priori modo indivisibilis: neque etiam est indivisibilis ut punctus, ut per se notum est, & à fortiori patet ex dicendis: ergo. Antecedens probatur primo, quia ostensum est subsistentiam non esse rem distinctam, sed tantum modum naturæ cuius est terminus: ergo subsistentia totius humanitatis non potest esse spiritualis. Probatur consequentia, quia necesse est rem spirituali esse realiter distinctam ab humanitate: vel ut proorsus condistinctam ab illa, quod improbatum est, vel certe ut identificatam soli animæ, quod etiam repugnat principio posito: tum quia ostensum est subsistentiam esse modum totius naturæ, acquisita à toto illa distinguitur tantum modaliter, & non ut partem à toto: tum, etiam quia per subsistentiam humanitatis etiam materia ipsa terminatur seu contineatur: non potest autem sic terminari per rem omnino distinctam, qualis est res spiritualis.

Secundo, quia, ut ostendimus, existentia humanitatis non est omnino spiritualis, sed composita ex partibus existentiis, materiali & spirituali: ergo nec subsistentia est omnino spiritualis. Probatur consequentia, quia ut etiam ostendimus, subsistentia nihil aliud est, quam modus existentiarum intrinsecus illi, ergo quando subsistentia est connaturalis, est etiam proportionata ipsi existentia, & consequenter composita ex aliquo spirituali & materiali securijsa. Teratio probatur ex communi loquendi & sententi modi: quia homo non est spiritualis persona, sed materialis potius: at si personalitas eius esset spiritualis, omnino dicenda esset persona spiritualis, sicut persona Christi hominis simpliciter dicitur increata, ga tota subli-

subsistētia eius increata est, licet natura humana in qua subsistit sit creata, sumit ergo persona ut persona huiusmodi denotiones potius à personalitate, quam à natura; sed hoc ad modum loquendis spectat: priores vero rationes sunt, quæ rem declarant, quæ magis ex dicendi constabat.

Dico tertio: Omnis subsistētia rei materialis est dupliciter composita, scilicet integrali, & essentiali, vel quasi essentiali compositione. Prior pars probatur facile ex conclusione precedente: nam omnis subsistētia rei materialis est materialis: sed quidquid materialis est habet extentionem aliquam & consequenter compositionem ex partibus integralibus, quia nihil aliud est habere extentionem, quam habere partes coextensas ad extentionem quantitatis, & hæc partes vocantur integrales. Hoc etiam probat aliquæ extentionibus in principio factis, præsertim illa quod subsistētia totius aquæ, verbi gratia nō potest esse tota in toto & tota in qualibet parte, cum nō sit spiritualis. Neque etiam fingi potest esse in aliqua parte aut punto indiuisibili totius aquæ: quis enim vel cogitare posset hoc figuratum? aut rationem reddere cur in una parte, vel punto potius sit, quam in aliis? aut denique explicare quomodo in uno punto existens totam substantiam reddit subsistem.

Vnde contra hoc est etiam optimum Theologum argumentum, quia Verbum diuinum, ut torum corpus humanum in se suscipere, & mirabiliter sustinere, seu subsistens redderet, toti vnitum est & omnibus ac singulis eius partibus, & sanguini, ac partibus eius, & simili modo vnitum manit in triduo inanimato corpori: ergo propria corporis subsistētia, quam Verbum supplevit, intime etiam est in toto corpore & singulis partibus eius, & non in aliqua determinata parte aut puncto illius. Cuius rei optimū etiam argumentum sumitur ab existentia: hæc enim intima est toti, & omnibus ac singulis partibus eius: sed subsistētia est intrinsecus modus, seu terminus existentia: ergo est quasi diffusa per totam illam, & intime coniuncta singulis partibus eius. Sicut etiam actualis inherētia formæ accidentalis extensis, & quæ non potest esse in una parte eius, sed in toto & in singulis partibus, in quibus est existentia eius: quia est intrinsecus modus & quasi terminus eius. Vnde siue inherētia accidentis materialis necessario est composita ex partibus integrantibus, eo quod talis forma ex similibus partibus constet, ita etiam subsistētia rei materialis ex eisdem partibus necessario componitur.

Quocirca hæc pars huius assertionis non solum procedit in nostra sententia, qua asserimus subsistētiam esse modum & non entitatem distinctam, sed etiam in opposita sententia, saltem quoad res omnino materiales (ut hominem excipiam) quod conuincit illarum, quæ generalis est in omni opinione scilicet, quod talis entitas non potest esse tota in toto & tota in qualibet parte cum spiritualis nō sit. Quis enim credit naturę purę materialē deberi spiritualiter subsistētiam aut ex illa resultare? Quod si quis instet in tantæ materiali posse esse totam in toto, & totam in qualibet parte, ut multi sentiunt de animalibus brutorum perfectorum. Respondeamus in primis, illam sententiam nobis non probari: nam forma, quæ penderet à materia in fieri & esse, non potest naturaliter simul tota dependere à diversis partibus materia. Deinde esto id concedatur in illis peculiaribus formis, non extendum ad entitatem materialē communem infinitis materialibus substantiis, & quæ non solum formam, sed etiam materiam suo modo conseruit, quæ solum debetur (maxime secundum illam sententiam) naturæ completa, quæ in his rebus ex forma & materia constat.

At vero in homine non procedit hæc pars iuxta prædictam sententiam, nam consequenter dicere

Tom. II Metaphys.

debet subsistētiam hominis esse spiritualem: sed hoc iam est à nobis improbatum. Solum hoc discrimen nos constituere possumus, quod in homine subsistētia habet hoc genus extentionis seu compositionis solum ex ea parte, qua includit materiam & modum per se existendi, aut partiale subsistētiam materię, non vero ex parte formæ, sicut in aliis rebus materialibus. Quæ differentia est per se satis nota, illa tamen non obstat, quominus subsistētia propria humanitatis extensa seu composita ex partibus integrantibus dicatur: sicut etiam eius existentia vel ipsa mens humanitas sic est composita; licet spiritualem formam essentialiter includat. Ut omittam esse in homine alias partes aliquo modo integrates, quæ non informantur anima rationali, ut sanguis & similes, quarum subsistētia (que non potest non esse materialis) ad completandam subsistētiam totius humanitatis aliquo modo pertinet, ut latius in quest. 5.3. par. tractavi.

Altera conclusione pars, quæ est de compositione ex partibus quasi essentialibus, proprie habet locum supponendo subsistētiam tantum esse modum naturæ: nam, si est entitas omnino distincta, licet fingi posset etiam composita, ita ut materia habeat suam entitatem partiale subsistētia, & formam suam, & ex utraque componatur integræ subsistētia, & quam ex actu & potentia: licet hoc (inquam) fingi possit, tamen & nimis superfluum esset totum fingere entitates, & non esset id satis consequens ad ea principia in quibus alia sententia fundatur. Atque ita nec Caietanus, nec illi autores qui putant subsistētiam haberet suam propriam entitatem, ponunt illam sic compostam, sed simplicem quoad hanc compositionem quasi essentialiem, seu ex actu & potentia. In quo quidem loquuntur consequenter, patiuntur tamen difficultatem in explicanda subsistētia humanitatis, quam necesse est, ut spiritualem esse faciantur, quod veritati consonum non videtur, ut in secunda conclusione probauit: vnde rationes ibi factæ ad hanc partem suadendam valere possunt: Præterea ex nostra sententia, quod subsistētia sit tantum modus, videatur necessario inferri hæc pars, ut in principio sectionis in prioribus argumentis sufficienter tacrum est. Quia in vniuersum modum rei composite, qui ab illa tantum modaliter distinguitur, & ad quæ ac per se primo efficit totam illam ut sic, id est, secundum se totam & non ratione alterius partis: talis (inquam) modus necessario participat compositionem proportionatam rei cuius est modus. Qui non potest aliter intelligi, quod motus intime afficiat totam rē, & omnes partes eius cum aliqua idētate reali, & sola distinctione modali: at in præsenti subsistētia ita modificat existentiam totius naturæ, ut tam existentiam materię, quam existentiam formam terminat ac modificet: ergo cum illis simul sumptis idētificatur, & ideo necesse est ut compositionem includat, proportionatam compositioni ex materia & forma, quam essentialiem vocamus.

Substantia res materialis ratione solius materię.

Possit tamen aliquis excogitare modum, quo intelligi possit in rebus omnino materialibus (hominem excludimus) subsistētiam carere huiusmodi compositione, nimurum, quia fieri hæc subsistētia dicatur esse totius naturæ, quia ex vi eius tota natura subsistit, non tamen per se primo afficit totam naturam ut sic, sed partem eius, sicut materiam primam, & ex vi illius subsistit totum seu ab illa redundat denomination in totum. Quod in hunc modum potest declarari, nam ratio positiva subsistētia à nobis concipiatur seu declaratur per illas negationes, per quas Aristoteles primam substantiam definit, quæ sunt;

X 3 non

non esse in subiecto, non dici de subiecto: hæc autem negationes in rebus materialibus primam originem trahunt à materia prima, illa enī cum sit primum subiectum ex quo forma educitur, per se primo postulat non esse in subiecto, & consequenter nec dicitur de subiecto si in individuo sumatur: forma vero quod educitur de potentia materiæ, sicut ex subiecto fit, ita etiam est in subiecto: & ideo tota ratio subiectum in huiusmodi rebus videtur existere in materia. Vnde Boetius ille quem in 2. sectione allegauimus, afferebat materiam primam esse maxime primam substantiam, qui errauit quidem in eo quod aut existat materiam primam esse substantiam cōplerat aut non aduerterit sine completa natura nullam esse perfecte ac proprie primam substantiam: non tamē videatur errasse in eo, quod materia prima attribuit propriam ac perfectam rationem subiecti ex se sufficientem ut ratione illius tota natura subsistat. Quod tandem confirmatur: nam materia propriissima est per se, quia nulli subiecto aut substantiæ innititur, nec naturaliter inniti potest; forma autem materialis innititur ipsi materiæ ut substantiæ: ergo in tota natura materiali ratio & modus subiecti est in ipsa materia, & non sufficiat formam in se ipsa: sed à materia redundant determinatio in totum.

XV. Quod si obicias, cum materia sit imperfectior quam forma etiam materialis, videri inconveniens totam subiecti rationem harū materialium rerum materiæ attribuere, & non formam: Respondebat, subiectam pertinere potius ad modum existendi, quam ad gradum entitatis, & ideo non inconveniens, quod forma, sicut sit perfectior simpliciter in gradu entitatis, quam materia, in quadam exiliensi modo sit minus perfecta, quia dependet à subiecto, quod non habet materia. Et ideo fieri potest, ut materia, licet minus perfecta habeat subiectam, quam non habet forma.

XVI. Secundo obiecti potest, quia in humana natura subiectio propria non est subiectio solius materiæ: ergo neque in aliis rebus. Consequientia tenet à parte rationis: antecedens vero certum videtur. Primo ex mysterio Incarnationis, nam verbum diuinum solum illi rei fuit unicum immediate, cui naturalis subiectio vnitur: sed fuit unicum immediate non solum materiæ, sed etiam animæ ut certa fide constat, & in triduo declaratum est, manifestè enim anima unita Verbo ex vi prioris unionis. Neque sola anima & caro secundum se, sed tota etiam humanitas fuit Verbo unita immediate: ergo propria subiectio humanitatis non est tantum subiectio materiæ, sed includit etiam subiectiam animæ: simpliciter dicit quantam completam subiectum totius humanitatis. Et conformatur, nam haec ratione dicit Theologii, Verbum diuinum non corruptibile subiectum, praesentem, sed impediens ne in humanitate fieret, vt patet ex D. Thom. 3. part. questione 4. art. 2. ad 3. si autem illa subiectio esset solius materiæ, non tam fuisset prauenta quam corrupta, praesistebat enim in illa materia, solumque factum esset, ne materia illam haberet sub forma humana. Secundo probari idem potest ratione, quia in homine forma non solum est perfectior materia in gradu entitatis, sed etiam in modo existendi, nam est tam independentis à subiecto sicut materia, & ideo fieri non potest nisi per creationem sicut & illa: ergo est per se & consequenter tam subiectus sicut materia: ergo habet suam subiectum partiale, eo perfectiore quo immaterialiorem, cum ergo homo conficeret anima, & corpore, & principalius anima quam corporis vel neutra proprie, sed subiectum integrum ex utraque composita: idem ergo erit suo modo in rebus.

XVII. Responderi nihilominus potest ad hanc obiectiōnem negando consequentiam: de antecedente enim non videtur posse dubitari: immo ut supra dicebam, si

hominis subiectio simplex esset, potius in anima, quam in materia ponenda esset. Non videtur autem esse eadem ratio de ceteris materialibus rebus, ut ex eadem ratione adducta colligi potest, nam in homine forma est independentis à subiecto: in aliis vero forma est dependens, & ideo licet anima hominis terminetur per partiale subiectum, alia vero forma non possunt terminari, nisi per inherētiam, vel quasi inherētiam. Neque est inconveniens, sed videtur potius valde consentaneum naturam erum ut natura hominis sit aliquo modo magis subiectum, quam omnes inferiores nature: illa enim est secundum se totam per se primo, & intrinsecè subiectum, quia constat ex duplice parte per se apta ad subiectum, & independentis à subiecto: inferiores autem naturæ solum sunt subiectum ratione vnius partis, & quasi per denominationem ab illa, qui habent alteram partem omnino dependentem à subiecto.

XVIII. Hæc sententia sic expōta (ut alii dixi) videtur alio modo probabilis, non tamen probanda viveret: nam in primis est aliena à modo loquendi & sententiæ Philosophorum & Theologorum: omnes enim sentiunt, quamlibet substantiam completam habere etiam suam completam subiectum, & ad eam non minus, immo magis quodam modo concurreat formam quam materiam, ut videre licet in authoribus supra citatis, & in D. Thom. 2. cont. Gent. cap. 68. Vbi ait, substantiam compōstat ex materia & forma esse vnam. Secundum vnum esse ex materia & forma constans, in quo tota substantia subiectum Deinde argumentor virgido secundam obiectiōnem supra factam, nam ex ea concluditur subiectum humanitatis componi aliquo modo ex modis partialibus animæ & materiæ, quos non breuitatis gratia subiectias partiales vocamus, nam de hac appellatiōne & vero sensu eius infra est dicendum: hinc ergo colligimus subiectum solius materiæ non esse completum in ratione subiectio, sed ad summum partiale, quia alia non possunt componere cum subiectio parciali animæ integrum subiectum per se vnam: ergo illa subiectio materiæ non potest esse sufficiens ut per illam subiectum qualibet natura integrâ substancialis. Patet consequentia, cum quia subiectio debet esse proportionata naturæ, quam terminat: si ergo natura substancialis completa est, requirit subiectum completem, & non partiale, tum etiam quia alia sola existentia materiæ terminatur per subiectum, & non existentia formæ, nec totius naturæ composita.

XX. Ex quo præterea argumentari possimus: nam sequitur ex illa sententia, proprie & in rigore solam materiam esse substantiam in huiusmodi materialibus rebus, & non formam, & consequenter, nec possumus ex materia & forma. Paret sequela, primo quidem, quia substantia est, quia habet esse substantiale: esse autem substantiale est illud, quod natura sua aptum est terminari per subiectum: sed sola existentia materiæ apta est terminari per subiectum, non autem existentia formæ, sed per inherētiam tantum: ergo sola existentia a materia est subiectialis, non autem existentia forma. Nec satis est, si dicatur, existentiam formæ terminari quasi mediate per subiectum materiæ: nam hoc dubius modis intelligi potest: Primo quod subiectum materiæ vere terminet, & quasi afficiat existentiam formæ proxime & in se ipsa, & solum dicatur mediate hoc facere, quia prius natura afficiat materiam: & his sensu non habet locum in nostra sententia, tum, quia supponimus, subiectum non esse rem distinctam, sed modum tantum eius existentia, quam proxime terminat, tum etiam, quia si existentia formæ est fieri terminabilis, immērito dicitur mēdicare terminum à materia & non habere illum ex se.

XXI. Alter ergo sensus, & re vera in ea responsione intentus, est, existentiam formæ dici media, termina-

per subsistentiam materię, quia talis forma inest materia subsistenti, & iam non indigeret alia sustentante. Sed hoc non soluit argumentum factum, quia hoc modo etiam existentia quantitatis terminatur per subsistentiam materię, quia inest materię subsistenti, & iam non indiget alio sustentante. Nec referri si dicatur indigere consortio formę, ut esse possit, & in materia sustentari, nam etiam forma materialis indiget consortio quantitatis sine qua naturaliter est neque esse, neque recipi posset in materia: ergo in hoc pares sunt. Imo hinc insurgit noua ratio, nā vix potest ali signari differentia inter formam substantialē eternam materialē & accidentalem, quia neutra confert formaliter per seipsum, seu modū sibi intrinsecum est subsistentiam compositi, & utraque confert materię aliquod esse auctale seu formale, in quo à materia pendet utraque in fieri & in conservari, quæ ergo ratio vel differentia ali signari potest cur una potius substantialis dicenda sit, quam altera? Neque enim satis est dicere, vnam habere entitatem substantialē, & aliam accidentalem, & inde est periculum differentiam: nam genus entitatis non potest alium deponi aut declarari, nisi ex ipso esse, & modo essendi, si ergo in modo essendi conuenient, quia utraque penderet à materia ut subiecto, & non magis terminatur à subsistētia, vel ad illam cōfert vna entitas quam illa, non magis est substantialis entitas vna, quam altera.

Vnde vterius infertur ex illa sententia, res materialis non esse integra & completa supposita, quod plane est absurdum: sequela vero patet, tum quia probabilitas ostensum est, sequi ex dicta sententia in his rebus esse plus substantiam quam sit in sola materia, tum etiam ad hominem, quia suppositum formaliter constitutum per subsistentiam: ergo si subsistentia est incompleta, non potest suppositum esse nisi incompletum. Vnde etiam confirmatur, nam si subsistentia materię incompleta est, natura sua postular compleri: ergo absurdum esset, & prater naturę ordinem, quod in omnibus rebus naturalibus prater hominem, maneat sine complemento: sicut ergo essentia materię appetit complementum essentiae, & existentia materię complementum existentiae, ita etiam subsistentia materię complementum subsistentiae, nam ad hoc etiam natura sua ordinatur: ergo sub omni forma, sub qua naturaliter manet, habet subsistentia complementum, sicut essentiae, & existentiae. Tandem ex mysterio Incarnationis argumentum sumitur: nam ex predicta sententia sequitur formam sanguinis non fuisse immediate unitam subsistentiam Verbi, sed solum mediate ratione materię, seu subiecti, sicut accidentia, quod est omnino falsum, vt constat ex D. Thom. 3. p. q. 5. & exibit tractatus. Sequela vero est manifesta, nam eo modo unita est natura vel pars naturae Verbo, quo vniuersetur subsistentia creatrix, mediate vel immediate, si esset in proprio supposito.

Corollaria ex precedenti doctrina.

Ex his ergo omnibus concluditur omnem subsistentiam naturam cōpletam & materialis esse aliquo modo compositam ex partibus seu extremis, quae inter se comparantur ad modū actus & potentie, & ad essentialē compositionem pertinent. Hoc sequitur manifeste ex dictis, quia ostensum est, hanc subsistentiam non esse modum vnius tantum partis, sed esse adiquatum modū totius naturae, per se primo terminantem illam, mediate tamen sufficiente aliquo modo singulas partes essentiales eius, scilicet, materiam & formam. Vnde necessario fit, talem modum non esse simplicem, sed essentialiter compositum cū proportione ad naturā, & partes eius, quas sufficit, omnis autem compotio essentialis requirit extrema, quae habeant tanquam actus & potentia.

Secundo colligitur ex dictis, huiusmodi subsistentiam includere & parciales modos ipsarum partium & unionem eorum inter se. Prior pars probatur, tum quia compositum includit extrema, ex quibus componitur, tum etiam, quia subsistentia non est res omnino distincta, sed motus adiquatus naturae composita. Posterior item pars est facilis ex dictis, quia subsistentia adiquata vnius naturae, est per se vna, sicut & ipsa natura: oportet enim ut sēpe quod inter se seruent proportionem: ergo integræ subsistentia totius naturae non est tantum aggregatum quoddam partialium subsistentiarum, sed modorum materię & formę, alias in ratione subsistentiae non est per se vna, includit ergo in suo genere unionem aliquam illorum partialium modorum inter se, quia coniunguntur ad constituendā vnam adiquatam subsistentiam totius compositi. Et confirmatur à simili, nam essentia vel sit vna, præter essentias partium materialium scilicet & formę, requirit vniuersitatem inter se, & id est de existentia: ergo id est de subsistentia. Tandem confirmatur, nam separata, verbi gratia, forma hominis à materia, licet in singulis partibus maneat subsistentia parciales, nō tamē manet subsistētia humanitatis, sicut nec humanitas ipsa: ergo sicut humanitas non est aggregatum materię & formę (nam huiusmodi aggregatum manet dissoluta vniōne, cum tamen humanitas non maneat: ex quo necessario concluditur, humanitatem per se & essentialiter includere unionem) ita omnino de subsistentia philosophandum est, seruata proportione.

Compositam subsistentiam in partes integrantes diuidi posse.

Dico quarto: Subsistentia materialis ratione compositionis ex partibus integrantibus, quantum est ex se diuisibilem est in partes, quæ post diuisiōnem conseruentur in suo esse, & incipiunt esse integræ supposita seu integræ subsistentiae. Dico quantum est ex se, quia ex parte naturae, seu obiecti potest interdum contingere, vt haec diuisio non possit in actuū reduci, saltem naturaliter, vel quia substantia est incorruptibilis, vt in calo, vel quia est physice indivisibilis, vt in minimo naturali, vel quia substantia conservari non potest sine tali partium integritate, vt quando animali caput abscedit, tunc enim corrupta substantia, necesse est etiam destrui subsistentiam. At vero quoties substantia diuiditur in partes integrantes & retinentes eandem substancialē naturam, tunc etiam subsistentia totius diuiditur in partes integrantes, ex quibus constabat, quæ desinunt esse partes, non amittendo esse quod antea habebant, sed amittendo tantum unionem, & hoc sensu dicimus subsistentiam materialē, quācum est ex se, esse diuisibilem. Quod probatur, nam quando aqua quæ erat continua, diuiditur in duas partes, quæ post diuisiōnem sunt duo supposita aquæ, substantia, quæ antea erat vna & cōposita, diuiditur in duas: ergo subsistentia materiali quantum est ex se non repugnat haec diuisio, si aliunde non repugnet ex parte formę seu naturę. Respondent aliqui tunc nō diuidi subsistentiam, sed omnino corrumptacē destrui quæ antea erat, & duas alias generari. At hoc sine fundamento dictū est, & ideo per se est incredibile, nam illa subsistentia imputatur substantiam, cuius est subsistentia, seu substantia est diuisibilis, ita ut post

diuisiōne maneat in vtraque parte diuisa eadem entitas substantia cum eadem singularitate, individuatione, & existentia, mutato tantum modo vniuersitatis seu terminacionis: ergo idem erit de subsistentia. Respondent, non esse parem rationem, quia subsistentia est complementum suppositi: & huic complemento repugnat quod sit pars vniuersitatis com-
ponenti. Sed hęc responso non potest cum superius dictis consistere: ostendimus enim, hanc subsistentiam rerum materialium non esse ita individuabilem, ut sit tota in toto, & tota in qualibet parte, & consequenter probatum est esse extensam & habere partes: non ergo repugnat huic complemento totali habere partes inter se vnitas, & suo modo continuas.

XXVI. Neque dicti authores afferunt rationem aliquam, quæ huiusmodi repugnantiam, ostendat neque re vera afferre potest, quia subsistentia est supplementum rei in ratione per se stans & independentis ab aliquo sustentante, huie autem complemento non repugnat habere partes proportionatas rei cuius est complementum. Nam res ipsa, quæ per se subsistit, verbi gratia, tota aqua, constat ex partibus partialiter etiam subsistentibus, seu consubstantibus cum toto & in toto, quia licer partes sint in toto componentes illud, tamen non sunt proprie in illo tanquam in sustentante, & ideo habere possunt in illo partem subsistentiam, seu partialē subsistentiē modum: non ergo repugnat huic complemento, quod constat ex partibus ipsius complementi inter se vnitatis. Ergo par ratio non repugnabit, quod dissoluta vniōne conseruetur in vtraque parte substantiæ diuisiæ entitas modalis vtriusque substantiæ, quæ anteā erat partialis propter vniōne & incipit esse totalis per diuisiōne, neq; enim vlla vniōne seu continuatio partiū substantiæ magis est necessaria ad conseruationem substantiæ quam ipsius substantia. Quocirca, sicut in huiusmodi substantiæ materiali intelligitur extensio partium, ita intelligi debet earum continuatio in aliquo termino communis fibi proportionata. Vnde ounit alii partium diuisio, solus ille terminus communis destruitur, & resultant noui termini extremi ac terminantes, & hac solum de causa amittunt partialē substantiæ denominationem partialium & incipiunt esse totales, sicut contingit in partibus quantitatis & materiæ seu substantiæ. Neque affertur vlla ratio, ob quam alter sit philosophandum de extensione, continuatione & diuisione huius substantiæ, quam aliarum rerum materialium. Neque sunt multiplicandæ sine causa generationes, & corruptiones rerum aut modorum realium. Ex vi autem solius diuisiōnis præcisæ sumptæ non destruitur nisi sola continuatio, neq; infurgit quidquam aliud præter terminos terminantes loco termini communis, seu continuantis: non ergo destruitur tota entitas substantiæ quæ prius erat, seu diuiditur in duas per solam earum discontinuationem.

Quomodo integræ substantiæ hominis in partes quasi essentiales diuidatur.

XXVII. Dico quinto: In homine integræ substantiæ totius humanitatis constat ex partialibus substantiis anima & corporis, ita ut horum dissoluta vniōne maneat in vtraque parte compotiti pars substantiæ, atque ita sit vt substantia integræ hominis sit diuisibilis quasi essentialiter sicut & natura. Hanc conclusionem indicavit Genebrar, lib. 2. de Trin. pag. 63. & 64. dicens, substantiam interdū manere ab uno principio, vt in angelis, interdū a duobus, vt in hominibus animo & corpore constitutis. Et quoad eā partem, quæ ad materiam seu corpus spectat, communis est homini cum aliis rebus materialibus, & ideo in seq. concil. tractabitur & probabitur. Altera vero

parts, quæ ad animam pertinet, est propria hominis, & in ea supponitur in primis, anima hominis separata à corpore vere subsistere, quod est certissimum. Quod enim maneat vere existens de fide est: hinc autem ferre evidenter sequitur manere etiam subsistentem, quia et se existit independenter ab omni sustentante. Quod etiam manifeste declarauit Incarnationis mysterium: nam anima Christi separata manet Verbo unita, & consequenter subsistens per substantiam Verbi: ergo signum est, ipsam ex esse capacem propria substantiæ, quam Verbum per vniōnem impeditur, & altiori modo suppletuit.

De anima vero rationali corpori coniuncta solet XXVII. esse questio, an pro eo statu subsistat: quidam enim simpliciter afferunt, quia etiam dū est vnius corporis, non sustentatur, nec pendet ab illo. Caiet. i. p. que. 76. art. 1. ad 5. & q. 90. art. 2. Ferrar. lib. 1. cont. Gent. cap. 68. fauer. D. Thom. i. d. 8. q. 5. a. 2. Alii vero absolute negant, quia subsistere includit negationem existendi in alio etiam per modum formæ. Caiet. i. p. que. 3. Alii vero (vt Fonseca lib. 5. c. 8. quæst. 5. sect. 4.) sub distinctione respondunt, quia existimant subsistere vtroque modo accipi posse, scilicet, vt includit tantum negationem dependenter à subiecto, vel sustentante, vel vt includit absolutam negationem existendi in alio etiam per modum partis aut formæ. Et priori modo concedunt animam rationalem vniit corpori subsistere, posteriori autem modo negant. Et idem ferre dicunt de anima separata, nā sub una significatiōe fatentur eam subsistere, sub alia vero negant, scilicet, quatenus subsistere dicit negationem non formalium actualis vniōnis, sed etiam apropitudinis existendi in alio per modum formæ vel partis. Sed haec responso multiplicando vocis significatiōes in existit & rem non satis declarat. Nos vero ad rem ipsam potissimum spectantes, supponimus (quod supra probatum est) rem non constitui subsistentem formaliter per negationem aliquā, sed per positivum modum existendi, quem comitatur negatio omnis alterius modi illi repugnatis. vt. v. g. negatio vniōnis hypothetica ad aliud suppositū. Nā sicut ex vniōne hypothetica occasio sumpta est inquirendi & cognoscendi de modum substantiæ naturæ creatæ, ita ratio huius substantiæ per negationem vniōnis hypothetice, seu per immediatam repugnatiōem inter modū per se substantiæ & modum vniōnis hypothetice optimè à nobis declaratur. Sic igitur de anima separata nulla est dubitandi ratio, quin hunc modum positivum habeat & consequenter subsistat, vt ostensum est. Difficultas ergo soli est potest, an ille modus positivus & realis, à quo anima separata habet ut substantia illi de novo acquiratur per separationem, an vero cunctum habeat à principio creationis sicut in corpore. Nam si illum habeat, ab illo denominabitur substantia, nam hęc non est denominatio negativa, sed positiva: si vero non haberet, non erit substantia, dū est in corpore, atque ita, si rem spectemus, omnino celata distinguitur.

Existimo autem nō posse satis demonstrari alterum ex primis duabus sententiis. Quia vera resolutione ex hoc pendet, scilicet an modus substantiæ anima habeat formalem repugnatiōem cum modum vniōnis seu informationis corporis, nam eterū modus est positivus, vt partim ex dictis, partim ex distinctione de causis constat: si ergo formalem repugnatiōem inter se habent, non poterit anima informans corpus habere simili modum substantiæ, atq; ita fieri vt anima in corpore non subsistat, si vero illi modi inter se formaliter non repugnant, erit sine dubio substantia anima, etiam dum corpus informans, quia talis anima natura sua capax est illius modi substantiæ, immo illum natura sua postular, vel potius ab illa fluere statim ac non impeditur, vt patet in anima separata: si autem modus vniōnis vel informationis nō repugnat formaliter cum illo modo substantiæ nihil

nihil habet anima humana, etiam dū est corpori vni-
ta quod propriam eius subsistentiam impedit: ha-
bit ergo illam. An vero illi duo modi subsistēti &
informandi habeant inter se formalem repugnantia-
m in neutrā partem inuenio sufficientem demō-
stationem aut ostensionem.

*Animam rationalē metiam in corpore
subsistere.*

Exīlīmo autem probabilius opinari, qui dicunt ,
non esse inter illos duos modos formalem re-
pugnatiā, ideoque animam hominis, etiam corpori
vnitam vere subsistere. Ratio est, quia licet anima in-
former corpus, nō subsistatur à corpore, neq; ab illo
pendet, ergo, quamvis informet, existit in se ac per
se ratione sua independentia. Confirmatur primo,
quia vno illa informatiua, longe distincta est ab
vniōne hypothatica, ut per se constat: ergo non est ne-
cessē ut includat formalem repugnatiā, cum sub-
sistētia, quam includit vno hypothatica. Dices, quā-
vis anima nō vniatur hypothaticē corpori, vniū ta-
men hypothaticē toti homini seu personae hominis,
& ideo non posse habere propriam subsistentiā. Sed
hoc potius confirmat oppositum, nam anima ratio-
nalis non vniatur personae hominis tantum ut men-
dicans ab illa subsistentiam, sed potius ut cōstituens
seu conferens illam, vel totam, ut interdum videntur

D. Thom. innuere, vel saltem ex parte seu partialiter
venos opinamur: hæc autem vno in persona nō ex-
cludit, sed potius requirit partiale subistentiā, si-
cūteriam partes aquæ vniuntur in uno supposito,
componendo integrām subsistentiam eius, suis par-
tialibus subsistentiis.

Secundo confirmatur ac declaratur hoc ipsum ex
mysterio incarnationis: anima enim Christi à prin-
cipio creationis sū & toto suo tempore, quo fuit vniā
corpori, fuit etiam vniā hypothaticē Verbo diuino
propria vniōne ex se independentē ab vniōne à cor-
pus, que in illa manit etiam post separationē à cor-
poro vno hypothaticē anima ad subsistentiam
Verbi, & vno informatiua eiusdē anima ad corpus
non habent inter se formalem repugnatiā: ergo
nec propria subsistentia anima habet formalem re-
pugnatiā, cum actuali informatione: nam vno hy-
pothatica supplet vicem propriæ subsistentiæ, & illam
impedit. Simile argumentum sumpussum alibi ad ho-
minem contra Calet. nam ille concedit animam ra-
tionalem post resurrectionem informantem corpus
gloriosum, fore subsistentem in ipso corpore: ex quo
plane concidit, informationem & subsistentiam
non habere inter se formalem repugnatiā: ergo
idem dicendum est de informatione in corpore cor-
ruptibili: hæc enim eiudem rationis est phisice &
essentialiter cum informatione corporis gloriosi, si-
cū & corpus ipsum essentialiter idem est, licet diver-
sis qualitatibus affectum.

Viximo confirmari potest, quia anima rationalis
fit per creationem prius natura, quam vniatur cor-
pori. ergo sit subsistens in eo instanti in quo creatur:
ergo manet subsistens dum informat corpus. Ante-
cedens est certum, & posterior consequentia euidēs,
quia anima rationalis in eodem instanti temporis,
quo creatur, informat corpus: si ergo in illo instanti
creatur subsistens, simul haber subsistentiam cum in-
formatione, quia non potest in eodem instanti tem-
poris prius natura recipere positivum modum sub-
sistēti, & illo priuari propter vniōne ad corpus,
quia hoc inuoluit apertam contradictionem. Quod
in illo primo instanti haber anima vtrumq; modū
subsistentiæ & informationis, etiam toto tempore,
quo est in corpore habebit vtrumq; quia tales modi
non magis inter se pugnant in quouis tempore, quam
in uno instanti. Prior vero consequentia probatur ex

D. Tho. i. p. q. 45. ar. 4. vbi probat, creati esse propriū
rerum subsistentiū: si ergo anima hominis in cor-
pore creatur, etiā in eo subsistit. Responderi potest,
creationem posse terminari ad existētiā absq; sub-
sistētiā. Sed quamquam supernaturaliter & miracu-
loſe hoc verum sit, ut in creatione anime Christi cō-
tigit, naturaliter tamen non videatur id fieri posse cu
non sit rerū naturis consentaneum, nam creatio na-
tura sua tendit ad rē subsistentē: vnde eius efficacia
non potest impediri ex naturali conditione rei quæ
creatur. Ex quo potest noua ratio in hūc modū for-
mari. nam sicut anima rationalis ex natura sua petit
fieri per creationem, ita etiā petit subsistere, ad quod
vltimate cōdit creatio: cum ergo perat etiā informare
corpus, signū est has duas cōditiones nō esse inter
se repugnantes: non enim potest anima ex natura sua
similē repugnantes conditiones postulare. Quod si il-
la cōditiones repugnantes essent, potius subsistētia
impidiret informationem quam ē cōuerso: quia
illa est intimior creationi, cōcreatur enim subsistentiā
seu intrinsece consequitur ad terminum creationis:
informatione vero seu vno ad corpus fit per distinctā
rationem extrinseci agentis.

Sicigitur satis probabiliter concluditur, animam XXXIII.
rationalem, etiam dum est corpori coniuncta, habe-
re positivum modum subsistēti, & cum separatur
non acquirere nouum aliquem existendi modum
positivum, sed priuari solum positivo modo vniō-
nis ad corpus. Neque oportet vt loco illius positivū
vniōni succedat in anima separata aliquis modus po-
sitivus, formaliter repugnans vniōni ad corpus, sed
sufficit sola carentia vniōnis: estque id magis con-
sentaneum naturaliter peti, &
ideo nunquam postulat modum aliquem existendi
repugnante vniōni: non ergo est vlla ratio vel cau-
sa cur illi tribuatur, etiam vniōne priuetur. Et pro-
pterea etiam si separata sit, quasi violēta manet, appa-
tens corpus, quod certe non ita esset, si vniōni suc-
cederet alijs modus existendi positivus & connatura-
lis, & repugnans vniōni: sicut materia non manet in
statu violento, quando priuatur vna forma, quia illa
alia succedit: esset tamen violenter, si omni forma
priuaretur.

Ex his ergo probata manet assertio posita: nam si XXXIV.
anima rationalis in corpore sū habet subsistentiam
partiale quā retinet, etiam sū à corpore separatur,
necessē est vt integra subsistentia hominis ex partia-
libus subsistentiis anima & corporis inter se vniatis
componatur, & in easdem sit resolubilis seu diuisibilis
per separationē anima à corpore manente sub-
sistētia partiali in parte separata. Et confirmari hoc
potest ex mysterio incarnationis: nam ad hunc modū
vno totius humanitatis componitur ex partia-
libus vniōibus anima & corporis, & in eas fuit re-
solubilis: nam per separationē anima à corpore sic
ut humanitas destruēta est, ita & eius integra vno ad
Verbum, manerunt autem partiales vniōnes in
anima & corpore separatis, ita ergo dicendum est de
partialibus subsistentiis: nam vno illi supplet subsi-
stētiā propriā cum proportione. Negat contra hanc
assertiōnem occurrit noua difficultas ex parte ani-
ma (nam de materia statim dicemus) quia cū illa
subsistentia anima incompleta sit, & partialis, nō re-
pugnat ei compositio integræ subsistentiæ, neque etiā
iam repugnat vt eadem res simūl hoc modo subsi-
stet, & sit pars, sicut de partibus aquæ supra diceba-
mus, quo exemplo virutur ad rem præsentem Diuus

Thom. i. part. quæst. 75. articulo 2. ad 1. & 2. ex
quo loco plane constat illum suisse hu-
ius sententiæ, quam etiam habet
q. disp. de Anim. artic.
3. ad 6.

De compositione, & dissolutione substantia in aliis rebus pure materialibus.

XXXV. **D**ico sexto: In aliis substantiis materialibus & corruptibilibus præter hominem, licet integræ substantiæ totius cōponatur ex partialibus modis materiae & formæ, & per eandem separationem dissoluantur, non tamen potest post separationem vterque partialis modus consequens esse, sed tantum partialis modus materiae, & ideo in his rebus sola materia habet partiale subuentiam, non tamen forma. In hac assertione explicamus modum compositionis substantiarum complectorum omnino materialis, quæ res non est quidem facilis ad explicandum. Quod igitur huiusmodi substantia composita sit ex partialibus modis, qui per modum actus & potentiarum inter se coparentur, in superioribus probatum est, atque hos partiales modos materiae & formæ attribuimus, quia cū integer modus substantiarum realiter identificetur & adæquate cum tota natura, necesse est ut partialiter cū forma & materia identif. & consequenter, q̄ materia & formæ partiales modi respondent, ex quibus integræ substantiarum cōponatur. Atq̄ hinc etiam necessario fit, ut dissoluta vniōne harum partium integræ substantia dissolatur & pereat: id enim communem est omni composto cuius partes separari possunt: constat autem in his rebus de quibus agimus, vniōne partium dissolu posse. Rursus in his rebus etiam est manifestum, dissoluta vniōne non posse manere utrumque partiale modū, quia saltē ille non manet qui ad formam pertinet: cum enim forma ipsa non maneat, nec modus eius conferuari poterit.

XXXVI. **Q**uod vero ex parte materiae idem maneat partialis substantiarum modus nō omnibus probari videatur: nam cū materia sit imperfectior quam forma, videatur ab illa recipere modum & rationem substantiarum, & consequenter mutata forma, necessario debere mutari in materia partiale substantiarum modū. Deinde quia materia existens in toto proprio non substantiat: ergo non habet propriū substantiarum modum, quem retinere posuit sub diuersis formis. Nihilominus tamē pars cōclusionis posita anterior videtur, quia mutata forma, nulla realis entitas, vel modus substantiarum mutatur in materia præter modū vniōnis, qui logice diuersus est à modo substantiarum. etiamsi admittamus esse in materia talem modū vniōnis distinctum ab vniōne formæ, de quo supra dictum est. Quod enim hi modi, scilicet vniōnis & substantiarum, sint distincti, probatur primo à simili ex dictis de vniōne & substantiarum animæ rationalis. Secundo, quia si Deus conserueret materiam sine forma, ut facere potest, talis materia careret omni modo vniōnis ad formam, & nihilominus esset substantia: potest ergo conseruari mox substantiarum sine modo vniōnis: distinguuntur ergo ex natura rei. Tertio idem colligi potest ex propriis rationibus talium modorū: nam modus vniōnis est quasi respectivus, essentialiter pendens ab altero exremo vniōnis & compositionis: modus autem substantiarum est in se omnino absolutus: & ideo vix potest à nobis nisi per negationē declarari. Quarao ex mysterio Incarnationis, nā modus vniōnis materia cū forma non pugnat cum vniōne hypostaticæ: nam materia actu vnitam animæ rationali, & formam sanguinis vel cadaveris fuit simul vnitam hypostaticæ Verbo diuino: at vero modus substantiarum propriæ directe repugnat vniōne hypostaticæ, vt ex dictis cōstat: sunt ergo illi modi diuersi.

XXXVII. **Q**uod vero nō repugnat, hos duos modos simul esse in materia, probari potest cīdem argumentis, quib. hoc ipsum vel simile de anima rationali probauimus, scilicet quia materia non vnitur formæ & subiecto, vel vt sufficiant illam in suo esse: nam potius materia est primum subiectum formæ seu genera-

tionis, & ideo natura sua maxime postulat hunc modum existendi in se ac per se simul cū vniōne ad formam: ergo vtrique modum postulat, & vnu alteri non repugnat: neque vlla probabilis ratio talis repugnatiæ afferri potest. Item quia in mysterio incarnationis corpus Christi Domini simul habuit vniōnem ad animam, & vniōnem hypostaticam ad Verbum loco propriæ substantiarum: ergo tale corpus natura habet vnu habet cū vniōne ad animam propriū substantiarum modum, nisi per vniōnem hypostaticam esset præsumtum.

Denique vt ad quod intendimus, deniamus XXXV quod partialis modus substantiarum materiae non ita pendeat à forma, vel ab vniōne ad illam, vt necesse sit mutata forma, mutari illum substantiarum modum probatur, quia nulla est ratio talis dependēt, nam ipsam est substantia seu existentia materiae penderet à forma quatenus illam naturaliter requirit ut sit. Nihilominus mutata forma, non mutatur actualis entitas seu existentia materiae, sed eadē numero perseverat: ergo idem erit de partiali substantia ipsius materiae. Probatur consequentia, tum quia substantia est proportionata existentia, tum etiam, quia est tam absolute sicut ipsa existentia: ergo nō est cur magis penderat ab hac individuali, & determinata forma, vel ab vniōne ad illam, quā ipsa existentia. Ex quo facile solvit prior pars rationis in contrarium: est enim magna diversitas inter formam materialē & materialiam: quoniam enim forma sit absolute perfectior quam materia: in hocram est secundum aliquid minus perfecta, quod plus penderet hęc determinata forma ab hac determinata materia, quam è converso: non enim potest eadem forma migrare à materia in materialē, sed eo ipso, quod ab hac materialē paratur, perit, materia autem migrat (vt ita dicimus) à forma in formam, vel potius eadem manet sub diuersis formis in ea succedentibus. Quod prouenit vel ex diuerso modo dependentia: nam forma penderet à materia vt à propria causa, materia vero solum penderet à forma vt à conditione requisita, ratione cuius ei debetur existentia, & eius conseruatio, & non sine forma: vel certe prouenit ex proprio munere prius subiecti: nam circa illam versatur actio agentis: & ideo necesse est ut sit apta permanere sub utroque termino: forma vero quæ est terminus actionis, non habet eam indifferentiam: & ideo si materialis sit pended in suo esse ab actuali vniōne ad subiectum, quia mutari non potest, manente & conseruata ipsa forma. Ex hac autem, eademque radice prouenit altera differentia, scilicet, quod materia mutata forma possit conseruari cum existentiæ & cum existenti modo: forma autem sicut non potest conseruari existentiæ murando subiectum, ita etiam non possit existendi modum retinere.

Atque hinc probata etiam relinquitur penultima conclusionis pars, scilicet, habere materialem suam partiale subuentiam, quia in suo genere concurredit ad componendam integrum substantiarum cuiuscunq̄ materialis substantiarum complectorum. Nam habet proprium partiale modum existēd, quo componit substantiam totalem, vt ostensum est: & ille modus talis est, vt per illum habeat materia esse in se ac per se: & independens ab omni subiecto vel sufficiante: & ratione eiusdem modi existendi potest eadem materia quasi in se manere sub diuersis formis, conseruato eodem existendi modo vt ostensum est: ergo ille modus existendi materiae vere apropriate est substantiarum saltem partialis. Respondent aliqui, hoc ipso quod materia penderet in suo esse, & modo existendi à forma absolute seu in communium, nō posse habere talē existendi modum proprium qui fit substantia. Et eadem ratione ait, materiam actu vnitam formam, multo minus dici posse substantie quam animam rationalem vnitam corpori: nam anima rationalis ita est in corpore, vt in suo esse similitudinem.

*Substantiales forme materiales, nec partiale
subsistentiam habent, nec subsi-
stunt.*

pliciter non pendeat, neque ab hoc corpore, neque
absolute, a corpore: materia autem pendet à forma,
euamī absque hac vel illa forma esse possit. Alii ve-
ro vntur distinctione superioris data, scilicet si sub-
sistere solum dicat negationem inhaesione in subie-
cto, sic materiam primā subsistere, si vero dicat, es-
se per se id est, non in aliquo à quo insue esse pen-
deas, sic materiam primā non subsistere, quia est in
composito, & ab eo pendeat, seu à forma eius.

Sed, omisla vocis ambiguitate, quod ad rem spe-
ciat descendit est, dependentiam materiae à forma
nihil obflare, quo minus in materia sit proprius mo-
dus subsistentiæ partialis: non enim omnis dependen-
tia repugnat rationi subsistendi: omnis enim subsi-
stentia creata pendet in primis ab agente, & præser-
tim à Deo: omne etiam superpositum materiale pen-
det suo modo à dispositionibus suis, sine quibus exi-
stere non potest: & consequenter ab eisdem pendeat
subsistentia, sed tantum illa, quæ est à subiecto vel
superposito sustentante. Atque hinc fit (quod spectat
ad ultimam verbi subsistendi) vere dici posse materiam
subsistere, quia hæc denominatio potius est à modo
subsistendi, & non tantum negativa, neque includens
(videlicet) negationem omnis dependentiæ, aut omnis
unions cum alio, aut essendi in aliquo tanquam in
toto, cuius subsistentiam partialiter componatur: sicut
de anima rationali diximus, est enim quoad hoc ea-
dem proporcio. Veruntamen ut omnis tollatur æ-
quicunque addatur aliiquid quo declaretur, materi-
am non subsistere ut integrum superponit, non e-
mam nego quin subsistere simpliciter dictum interdum
in hoc rigore sumatur, ut colligitur ex D. Tho. I. q. 75.
ar. ad 1. & 2. Dicatur ergo materia subsistere incom-
plete seu partialiter.

Supereit ut dicamus de ultima conclusionis par-
te, quia ad materiales formas substantiales pertinet,
& hi accente considerentur, quæ hæc tenui diximus,
videri potest obscuræ & non satis cum illis coherēs.
Diximus enim subsistentiam suppositi pure materia-
lis esse modū quendam compositum ex modis par-
tialibus materiae & formæ: diximus etiam modum
illum qui se tener ex parte materiae esse partiale
subsistentiam: quomo do ergo intelligi potest alius
modus partialis ex parte formæ, quin ille etiam sit
partialis subsistentia, cum ex vitroj resulset & com-
ponatur subsistentia completa? Aut si modus ille
forma subsistentia non est, quid, quæso, erit? Aut
qualiter poterit ratio eius intelligi? Propter hoc ergo
aliqui negant illam partem conclusionis posuisse, &
concedunt etiam formas materiales habere partes
subsistentiæ modos, & consequenter etiam fatentur
illas subsistere, quamvis incomplete & in toto. Alii vero
quoad hanc denominationem vntur distinctione
superiori adducta, scilicet, prout subsistere dicit
solam negationem inhaesione, sic dici posse has
formas subsistere, non vero prout dicit negationem
dependentiæ, & exsistentiæ in alio à quo pendeat.
Veruntamen apud antiquos Doctores nunquam
appellantur hæc forme subsistentes, neque dicuntur
subsistere etiam incomplete. Imo expresse D. Thom.
in loco proxime citato distinguens subsistens seu
hoc aliquid in incompletum & completum, dicit
priori modo excludere inhaerentiam accidentis, &
formæ materialis, posteriori autem modo exclude-
re imperfectionem partis. In quo satis significat non
posse formas materiales dici subsistere, etiam
completæ, seu eo modo quo materia vel
anima rationalis subsistere
dicitur.

Ex quo plane fit, non habere materialem for-
mam proprium modum existendi, qui sit parti-
alis subsistentia: alioqui ab illo modo denomi-
naret subsistens, saltem incomplete: Vnde Diuus
Thom. citato loco & cæteri Theologi tanquam pro-
prium & peculiare attribuunt animæ rationali inter
omnes formas informantes corpus, quod sit aliquid
subsistens, eo quod sit operans indepedenter à cor-
pore ut organo seu instrumento: & in art. 3. expre-
sse negat Diuus Thomas animas brutorum anima-
lium esse subsistentes. Ethos sensu dicitur nomine
Augustini in lib. de Ecclesia dogmat. capite 16. & 17.
solam hominis animam esse substantiam, animas
vero brutorum non esse substantias. Ratio vero
est, quia substantia intrinsece ac formaliter inclu-
dit independentiam à sustentante, & maxime à ma-
teriali subiecto seu causa, à qua in suo genere res pen-
deat. sed in his formis materialibus nihil est (id est, ne
que essentia, neque existentia, neque modus existen-
ti) quod nō innitatur materiae ut sustentanti, quod
que ab illa non pendeat in esse & conseruari in gene-
re materialis causæ: ergo modus existendi talis for-
ma illi connaturalis, non potest habere verâ ratio
nem subsistentiæ partialis. Consequens est per se eu-
uidens. Minor item est clara, satisque in superioribus
declarata & probata, quia quidquid est in his formis
est affixum materiae: est enim commensuratum enti-
tati & naturæ talis formæ, cui connaturalis est hæc
dependentia. Deniq; nihil est in his formis, quod non
producatur, vel producatur per educationem de
potentia materiae, nihil ergo in eis est, quod non pè-
deat à materia ut à sustentante. Maior autem propo-
sitione etiam videtur fatus consilium ex communis omni
consensu: omnes enim per hanc negationem maxi-
me declarant ratione subsistentiæ, & eam ut minimū
ad subsistentium requirunt, licet multi aliquid ultra
postulent ut vidimus. Item in hærentia directe oppo-
nitur subsistentia: omnis autem dependentia à sub-
iecto sustentante potest inherentia appellari: atq; ita
D. Thom. supra, modum existentiæ formæ materia-
lis in materia inhaerentiam appellat: repugnat ergo
cum propria subsistentia.

Neque refert quod in his compositis materiali-
bus aliquid seu aliquis partialis modus ex parte for-
mæ concurrat ad componendam integrum subsi-
stentiam totius. Non enim necesse est, ut omne id,
ex quo aliquid componitur participet rationem vel
denominationem totius: vi non quidquid com-
ponit lineam, est linea, neque omne id, quod com-
ponit hominem est homo, si proprio loquamur: sic
igitur non quidquid compleat subsistentiam totius,
est subsistentia etiam incompleta, sed est terminus
quidam vel modus complens subsistentiam. Itaque
fatetur subsistentiam, integrum naturæ omnino
materialis, componi ex partialibus modis materiae
& formæ, dicimus tamen modum materiae esse par-
tiale subsistentiam, non tamen modum formæ,
quia modus materiae est quasi primum fundamen-
tum seu basis totius subsistentiæ talium rerum, &
non nititur priori fundamento aut subiecto. Vnde
fit ut manere possit naturaliter quidem sine hac vel
illa formæ, vel quacunque determinata supernatura
liter vero absque omni formæ, & absque omni com-
plemento quod ab illa prouenire potest. Modus au-
tem formæ, licet sit complementum quoddam subsi-
stentiæ totalis, non est autem proprie partialis &
incompleta subsistentia, quia est talis modus, qui ini-
nititur priori subiecto & fundamento, à quo ut à
sustentante ita pède, ut sine illo sustineri aut esse nō
possit,

possit non modo naturaliter, quod certissimum est, verum nec supernaturaliter. Quanquam enim materialis forma possit a Deo conservari sine materia, modus tamen existendi quam habet, dum est in materia, non potest conservari in illa forma separata a materia: tum quia per separationem intrinsece mutatur modus existendi, tum etiam quia ille modus est quasi respectivus, & dicens actualē habitudinem & competit formae non vtcunque, sed vt informans, & componenti totum. Quod etiam optime declarat, quantum ille modus dehinc a ratione subsistentiaz partialis. Vnde etiam constat differentia inter modum existendi animae rationalis & aliarum formarum: nam illa praeter unionem habet proprium existendi modum independentem a materia. Arque ita fit ut homo nobiliori modo subsistat, quia omnes aliae res materiales subsistit enim & per se totus & secundum materiam, & secundum formam, habetque subsistentiam integrā compositam ex partialibus subsistentiis, quam perfectionem attingunt aliae res materiales ut declaratur est.

LXIV. Sed quares, an hic modus qui ex parte formae materialis concurrit ad compleendam subsistentiam totius, sit pfamer uno talis formae cum materia, vel aliquis aliis modus ex natura rei ab unione distinctus. Vide: ut enim ex dictis sequi illud prius: diximus enim hunc modum talen esse vt sine materia conservari non possit: huiusmodi autem dependencia seu tanta connexio videtur esse propria unionis formae cum materia. Item quia praeter unionem quoq; includit substantiam in haec item, & dependencia existentiaz talis formae a materia non videtur ad quid si necessarius alius modus eiusdem formae & existentiaz illius, aut quem effectum formalem habere possit circa existentiam talis formae: non est ergo in tali forma aliis existentiaz modus, nisi uno seu adhuc in materia. Sicut in forma accidentali actualis in haec in subiecto est modus existentiaz talis formae, & quasi ultimus terminus eius, praeter quem supervacaneū omnino esset alium fingere: idem ergo est in forma substantiali, quatenus cum accidentalī conuenit in informatione inhaesua seu dependente a subiecto, quod in format, quamvis differat in gradu seu perfectione talis inhaesione. Quoq; differentia optime etiam declaratur iuxta eandem doctrinam, inhaesio enim forma materialis differt ab inhaesione accidentis, quia illa prior talis est, vt adiuncta incompleta subsistentiaz materiae, cum illa compleat perfectam & integrā subsistentiam in genere subsistentia: ex quo constat illam esse subsistentiam modum inhaesio autem accidentis nullo modo completer aut pertinet ad subsistentiam integrę subsistentiaz: sed est omnino extera genus & latitudinem subsistentia.

Quamquam hac pars videatur specie probabilis, præsertim cum haec pluralitas rerum aut modorum vita sit, quoad fieri poscit: nihilominus tamen dicendum existimo hunc modum esse distinctum ex natura rei ab informatione, seu unione, aut inhaesione formae materialis in materia. Quod in primis declaro ex mysterio incarnationis: Verbum enim hypostatici sibi vniuit sanguinem (quem suppono habere formam distinctam ab anima rationali) & in triduo assumptis cadaver, & iuxta veram & receptam sententiam potuisse assumere naturam leonis, & aliam similem: ex vi autem talis unionis priuaret natura assumpta integra atque totali subsistentia creatu, & de facto ira contingit in sanguine, & in cadavere Christi iuxta sanam doctrinam: ergo priuatur tam incompleta subsistentia materiae, quam omni complemento subsistentiaz: quod ex parte formae adiungitur, id est, illo partiali modo quem forma materialis secum assert ad compleendam cum subsistentia materiae integrā subsistentiam compositi, non priuatur autem forma sua informatione & unionem ad materiam propter assumptionem, vt perse-

notum est: ergo illius modus cōprens subsistentia ex natura rei distinctus est ab actuali informatione, quia vt in superioribus traditum est, nullum est certus signum talis distinctionis quam realis separatio minus ab alio, etiam si mutua non sit. Nec video quo modo possit huic rationi satisficeri, nisi per assumptionem irrationalis, seu inanimatae naturae non vniuersaliter subsistentiam diuinam toti naturae creata per se primo seu secundum se totam, sed tantum secundum mate: iam. Veruntamen haec equalis est in Theologia improbabilis, & pluquam falsa, vt in libris de Incarnatione suis locis ostendimus. Et praeterea non soluit difficultatem: nam si uno sit ad materiam: ergo priuatur materia sua subsistentia partialis: ergo non potest in forma materiali manere aliquis modus qui ad rationem vel complementum subsistentiaz pertineat, quia talis modus directe ac precise respicit modum subsistentiaz materiae, & illum quasi actuat & ab illo omnino pendet vt ostensum est: ergo revoluimus cum eadem efficacia in rationem factam, scilicet, quod talis modus est inseparabilis ab actuali informatione: & consequenter ex natura rei distinctus ab illa.

Atq; hinc sumi potest Metaphysica ratio & propria huius rei: nam sicut in integra natura composta distinguimus entitatem naturae a completo modo subsistentiaz, ita in ipsa materia distinguimus essentialis entitatem ratione cuius est pars essentia: seu natura composita, & partialia modum subsistentiaz: ratio ne cuius componit integrā subsistentiam totius. Sic ergo in substantiali forma intelligitur essentialis entitas formae: qua est pars essentia & natura composita: & haec est, qua informat materiam vt est etiam pars naturae, & haec actualis informationis nullo modo pertinet ad rationem subsistentiaz, sed precise ad compositionem naturae, vt patet etiam in Christi humanitate, qua includit informationem animae rationalis ab illo vestigio subsistentia creata: ergo haec informationis vt sic nullo modo pertinet ad complementum subsistentiaz: ergo oportet aliquid aliud adiungere ex parte formae. Alioquin sequitur in materiali natura completa nihil esse, quod ad rationem subsistentiaz pertineat, praeter incompletam subsistentiam materiae, quod in superioribus improbatum est.

Dicetur fortasse, hisrationibus recte probari aliquid aliud adiungendum esse ex parte formae, praeter unionem cum materia: quatenus utraque est pars essentia, vel natura: hoc tamē nihil est aliud esse praeter unionem existentiaz formae ad subsistentiam materiae. Nam sicut in materia distinguntur ex natura rei essentia & subsistentia partialis, ita in ipsa forma distinguitur uno ad essentiam materiae ab unione ad subsistentiam, & per assumptionem hypostaticam una separatur ab alia, nam forma sanguinis Christi uniti manus essentia materiae, non tamen subsistentia propriæ eius, cum illam non habuerit: ergo hoc satis est ad efficaciam rationis factæ, & vt intelligatur subsistentia materialis naturæ completi per solam hanc unionem existentia formæ ad subsistentiam materiae. Sed haec responsio nullo modo potest consistere: nam si recte consideretur introducere in naturali compositione suppositi ex formæ & materia quendam modum hypostaticæ unionis, quod quam sit in credibile, & improbable, per se sat sapienter. Declaratur autem assumptionem, quia uno hypostatico nihil aliud est, quam uno unius substantiaz seu existentiaz subsistentiaz ad subsistentiam alterius vt per eam terminetur: hoc autem attribuitur formæ materiali cum dicatur per suam existentiam unius subsistentiaz materiae, vt per eam terminetur. Nec refert quod forma illa non sit integra substantia, sed partialis: nam etiam anima rationalis est partialis substantia: & nihilominus uno eius ad subsistentiam alterius est vera uno hypostatica. Neque etiam ob-

stat, quod subsistētia materiae sit incompleta: immo tanto erit mirabilior vno.

Vnde optimum conficit argumentum. Nam subsistētia completa tantum potest naturaliter terminare completam naturam, cuius est subsistētia, quam intime afficit: ergo subsistētia incompleta tantum potest naturaliter terminare illam incompletam naturam, quam intime afficit, ut modus eius intrinsecus, non realiter, sed modaliter tantum ab illa distinguitur: ergo subsistētia materiae ita adaequata terminat intime & extenſive (ut alia Caietanus loquitur) partialem naturam materiae, vt non possit sicutem naturaliter terminare existentiam formae. Neque & conseruo existentia forma possit quasi hypothetice vniuersi subsistētiae materiae. Quin potius sive limus argumentum retorquere, ex illa positione sequitur subsistētiam materiae non esse incompletam nam si talis est, vt per eam terminetur existentia materiae & forme, & consequenter existentia totius naturae integræ, quid illi deest, quo minus completa subsistētia sit? Vnde ex illa sententia etiam sequitur in toto materiali composito non esse aliam subsistētiam, vel complementum subsistētiae praesubsistētiae materiae: nam vno existentia ad subsistētiam non est complementum subsistētiae, sed solum via vel quasi conditio necessaria, vt existentia vniuersi per alienam subsistētiam terminetur, ut patet in Christi humanitate & vniōne eius ad verbum.

Quapropter nihil etiam obstat, si quis respondeat, subsistētiam materiae non esse alienam formam subtilianter vnitam ipsi materiae, & ideo vniōnem illam non esse similiam hypothetice vniōni, que est ad alienam subsistētiam: sicut est contrario multi censent subsistētiam esse solius formæ, præfertim in homine, & ad illam vniōri essentiæ & existentiae materiae. Hoc (inquam) non obstat, nam cum materia sit realiter distincta à forma & imperfetam habeat subsistētiam, tantumq; sibi commensurata, satis est aliena & extrinseca ipsi formæ, vt non possit terminare subsistētiam eius, nisi interuenienti aliquo prætermaturali vniōne. Præterim cum in superioribus ostepsim sit, subsistētiam vnicuius rei connatram, non esse rem distinctam ab illa, sed modum in-trinsecum illius. Illa vero opinio, qua tribuit formæ totam subsistētiam, supponit subsistētiam esse rem simplicem, & realiter distinctam, tam à materia, quam à forma, & non esse terminum existentiae, sed vel existentiam ipsam, vel conditionem ad illam prærequitam, que principia nos non admittimus. Et iuxta illa magis consequenter attribuitur subsistētia formæ, vel radici respectu materialium formarum, vel etiam ut primo quasi subiecto respectu animæ rationalis in nulla vero sententia dici probabiliter potest, quod subsistētia materiae terminet hypothetice existentiam formæ, aut quod integræ subsistētia torius compositi materialis, compleatetur per solam vniōnem existentiae formæ ad materię subsistētiam.

Concludimus ergo, sicut in materia præter entitatem essentiæ eius, que est quedam partialis natura, datur modus quidam partialis etiam, & incompletus, qui est ultimus terminus existentiae eius. ita in forma materiali præter entitatem essentiæ eius, que est altera partialis natura, dari modum alium partialiæ ex natura rei distinctum ab illa, qui est terminus existentiae eius: & sicut ex essentiis partialibus materiae & forma inter se vniūs confurgit integræ & completa natura, ita ex illis duobus modis materiae & forma inter se etiam vniūs confurgere integræ subsistētiam totius materialis naturæ. Rursus convenienter in hoc illi duo partiales modi, quod vterque petit ex natura sua vniōnem cum altero, adeo ut naturaliter neuter possit sine altero conservari. Differunt tamen, quod modus materiae non innititur alteri ut sustentant, sed solum requirit illum quæsi vi-

Tom. II. Metaphys.

tum actum seu complementum suum. Vnde veterius sit, vt talis materia modus non requirat determinatam hunc vel illum modum formæ, sed quacunq; forma, vel modo forma contentus sit, successiue possit idem permanere sub diversis formis & modis earum. Ex quo etiam colligitur, talem modum non terminare seu affigere materiam præcise, vt vnitam huic vel illi formæ, sed secundum se: quandoquidem variata quacunq; vniōne ad formam ille modus existendi perseverat in materia secundum se. Hæc vero omnia longe aliter contingunt in materiali forma. Nam in primis sicut hæc forma habet entitatem innixam materiae, ita modus existendi eius innititur modo existendi materiae, & ab eo quasi fulcit vel sustentatur. Ex quo sit, vt sit ab eo inseparabilis, ita ut determinate pendeat hic modus formæ ab hac subsistētia materiae, nec possit aut variare hoc sustentatum, & quasi migrare in aliud subiectum, aut omnino sine illo permanere. Rursus hinc cōiectamus, hunc modum formæ non affigere ipsam secundum se, sed tantum ut vnitam materię. Non quod non adhucreat (vt sic dicam) intime ipsi formæ & existentiae eius, quam terminat: id enim dici non potest: alioqui superflius esset talis modus, neque haberet proportionatam entitatem, quam immediate afficeret, sed quod non consequatur formam, neq; illam afficiat nisi ut vnitam materię: nam, sicut illa forma secundum se non est naturaliter capax existentie, sed tantum ut vnitam, ita enim nec terminum seu modum existentiae habet, nisi ut vnitam. Ita q; sicut materia prima ordine naturæ supponitur forma, ita etiā eodem naturæ ordine in ea præsupponitur modus subsistētiae eius: forma vero materialis primo intelligitur vniōni materiae, & in illa secum asserre modū, quo cum materia componat rem complete subsistētem, quem modum habere non potest, nisi prout vnitam est tali materiae, & ideo dicitur non affigere illam secundum se, sed prout vnitam.

Et propter has differentias vocamus modū illum materia partialem subsistētiae, & materiam secundum se subsistētum constitutæ dicimus: modum autem formæ non vocamus subsistētiam, etiam incompletam, & partialem, sed complemētum quodammodo integræ subsistētiae, quod non constitut huiusmodi formam secundum se subsistētum, sed cum subsistētia materiae completum integrum terminum totius suppositi complete subsistētis. Quod si quis contendat, illum etiam modum formæ appellandum esse partialem subsistētiam, eo quod sit quasi pars subsistētiae totalis: primum infirma ratione nitetur, vt iam ostensum est. Deinde solum in modo loquendū à nobis, & à communī vnu Philosophorum discrepabit: nam (quod ad rem pertinet) negari non potest, quin ille modus invitatur materiae, & ab illa pendeat. Ac denique absolute ac simpliciter nemo potest dicere materialē formam subsistētare ratione illius modi, sed solum esse in toto, quod in ea subsistit. Declaratur hoc denique ex modo existendi, quem habet forma materialis, si per diuinam potentiam separata conseruaretur, & ex differentia inter modum, quem tunc haberet, & quem habet vnitam materię. Si enim Deus conseruat animam & que separatam à materia, & illi conserat positum modum per se essendi, sicut conserat quantitatē consercat in Eucharistia: illi modus differet à modo existendi, quem habet illa anima vnitam materię in duabus. Primo, quia ille modus non habet ex se ordinem ad materiam, ratione cuius ab illa pendeat: secundo, quia directe repugnat cum vniōne talis animæ ad materiam, quia talis anima non potest vniōni materię nisi cum degendentia ab illa, que dependentia repugnat cum illo modo existendi, sicut modus, quem habet quantitas separata, repugnat cum actuallihærentia. At vero modus existendi, quem materialis anima habet naturaliter, non repugnat vniōni, &

LI.

X depen-

dependentia, seu inherētia in materia, imo natura sua illam postular, & ideo talis modus non est subsistentia, ille autem, quem habet illa anima in prædicto casu separationis, re vera est subsistentia. Quia esset modus substantialis, sicut & existentia, quam terminat: & esset modus per se essendi incompositibilis inherētia, quid ergo illi decesset ad rationem subsistentia?

LII.

Dices, illa subsistentia essetne totalis an partialis? non enim videtur primum, cum sit tantum in natura partiali, nec secundum, quia non est apta compone vnam subsistentiam totalem. Circa hoc multa dici possent, quæ breuiter insinuabo. Primum est, non repugnare partiale naturam subsistere per subsistentiam integrum & completam, cum Christi anima subsistat per subsistentiam Verbi, quod saltem in triduo certissimum est: si ergo dicit potest illa subsistentia talis anima esse quasi totalis, quia non est apta ad componendam aliam subsistentiam, sed in se est indivisibilis. Secundum est, talem subsistentiam simpliciter in sua entitate esse imperfectam, & hoc scilicet posse incompletam, non quia ordinetur ad complemandam aliam subsistentiam, sed quia tantum est apta ad terminandam incompletam naturam. Sic ut modus per se quantitatib[us] separata non est partialis propriæ, quia non ordinatur ad componendum aliū, tamen est quid imperfectum, & incompletum in se, sicut erit motus est in se quid incompletum, licet non ordinetur ad componendum aliū motum, & haec duo verasunt. Tertium vero posset aliquis addere, scilicet posse à Deo fieri, vt talis anima conservata illa subsistentia vniatur materiæ, & tunc illa subsistentia cum subsistentia partiali materiæ componeret vnam: quod si hoc verum est, propriissime dicitur illa subsistentia partialis. Hoc tamen mihi non probatur, quia existimò materialem formam non posse vniiri materiæ, nisi per vniōnem incidentem dependentiam à materia, & inherētiam, quæ subsistentia repugnat, vt supra dixi, forma enim non potest alter informare, quam natura sua apta sit, quia causalitas formalis non potest suppleri aut variari in eadem forma, at vero materialis forma non est apta informare, nisi inhærendo suo modo, quare impossibile est, vt in formam substitendo. Nulla fortasse adiunctio non so miraculo, quod talis forma simul afficiatur modis oppositis, & ex natura rei repugnantibus, quod in his modis ita proxime oppositis, vt sunt per se esse, & inherere, non existime esse possibile, nisi constitueret cædem rem bis in rerum natura, seu in diuersis locis. Videantur, que de hac re tergitius in tomo primo tertia parte disputatione decimaquarta, sect. 1. & 3.

Satis fit argumentis in principio positis, & in communicabilitate subsistentia declaratur.

LIII.

Argumenta, seu rationes dubitandi in principio sectionis positis priori loco non sunt à nobis solvenda: probant enim & confirmant sententiam à nobis propositam. In his vero, quæ posteriori loco posita sunt, attingitur difficultas alia, præcipue intenta in hac sectione, scilicet quo modo subsistentia creata dicatur incommunicabilis: hoc enim esse de ratione suppositi certissimum est ex omnium Theologorum sententia in principio 3. lib. sentent. & 3. part. D. Thom. Quo sensu dixit etiam Boetius, personam esse rationalis naturæ individualiam substantiam, id est, incommunicabilem, vt omnes exponunt. Subsistentia ergo creata, quæ suppositum semper constituit, incommunicabilis etiam esse debet: nam si ipsa communicabilis esset, quomodo posset rem incommunicabilem reddere? Hæc autem incommunicabilitas videatur repugnare cum

his, quæ diximus de compositione subsistentia, & de vniione vnius subsistentia cum illa, quia omnis compositio sic per quandam communicationem aportet ergo verum sensum huius incommunicabilitatis aperiens.

Est ergo primo considerandum, varios esse modos communicationis, & non omnes excludi ex vi subsistentia seu suppositi. Est enim in primis quedam communicatio extrinseca intentionalis, seu in generi cause finali, quo modo finis seu bonum dicitur communicari se ipsum, alliciendo ad sui dilectionem: & hoc modo constat subsistentiam & suppositum esse communicabilia, nam dicit perfectionem aliquam per se amabilem. Alia est communicatio etiam extrinseca, sed realis, & effectiva, quomodo causa efficiens dicitur se communicare suis effectibus, & hoc etiam modo clarus est non esse ratione suppositi, vt sit hoc modo incommunicabile: Imo vero ad suppositum maxime pertinet hoc modo communicare, nam (autem) actiones sunt suppositorum, & subsistentia, quamvis non sit propria a forma ratio huius communicationis, non tamen excludit illam, imo est conditio necessaria ad hanc communicationem. Rursus est alia communicatio intrinseca, & formalis: voco autem formalem, non tantum illam, quæ est in genere causa formalis, sed omnem illam, in qua res communicat, vel praebet, cui suamner enitatem seu formalitatem, quomodo etiā materia dicitur intrinseca ac formaliter communicare composite. Hæc vero communicatio potest etiam esse multiplex, quædam est secundum rationem tantum seu communitas rationis, quomodo species, genera, & alia superiora predicata dicuntur communicari inferioribus. Et hanc communicationem excludit in primis incommunicabilitas suppositi & subsistentia, sed non est propria eius, sed communis cuilibet rei singulari, nam quilibet res singularis, sive sit natura, sive suppositum, non potest pluribus inferioribus comunicari. Imo ipsumm in populum, vel subsistentia in tantum est hoc modo incommunicabilis, in quantum in re ipsa singularis est, nam ipsa ratio subsistentia, vel suppositum, prope abstracte concipi potest, communicabilis est secundum rationem, vt indicavit D. Thom. i. part. quæst. 29. art. 1. ad primum.

Alia est communicatio realis eiusdem rei singularis ad plura supposita, vel plura entia realiter distincta. Quæ potest duplicitate intelligi, scilicet ut per identitatem, vel per vniōnem tantum. Priori modo non reperitur talis communicatio extra diuinam naturam. Vnde incommunicabilitas huius communicationi opposita, conuenit quidem omni subsistentia finita, non tamen ex ea præcio, quod finita est. Nam diuina natura, licet sit singularis & essentialiter subsistens, realiter communis est tribus personis realiter distinctis secundum totam suam perfectitudinem, & ipsammet subsistentia absolutam, & controlo omnis res finita, etiam non sit subsistens, est incapax huius communicabilitatis respectu plurium & distinctarum rerum per identitatem, prouenienti ergo hæc incommunicabilitas ex limitatione. Quamquam autem hæc sit sufficiens ratio, & adequare respectu creaturarum, non tamen respectu omnium rerum: quia diuina personæ secundum proprias relationes seu proprietates personales sunt hoc modo incommunicabiles per identitatem, non propter limitationem, sed propter relatiuum oppositionem, vel originis: ab hac enim prouenit distinctio diuinarum personarum, & consequenter incommunicabilius vnius respectu aliarum, nam respectu inferiorum rerum potius prouenit ex eminentia, & infinite, ratione cuius non possunt identificari cum rebus finitis & inferioribus, vt per se notum est.

Alia vero communicatio realis vnius & eiusdem rei

rei singularis respectu plurium & distinctarum, sed per identitatem, sed per unionem tantum, naturaliter sicut loquendus, repugnat supposito & substantia creata: unde hoc sensu etiam incommunicabilitas rati communicationi opposita est de ratione illius. Imo iuxta probabilem opinionem Theologorum etiam supernaturaliter, seu per diuinam potentiam, omnis substantia creata est incommunicabilis non solum pluribus suppositis, quod indubitate est, sed etiam pluribus naturis: substantia enim creata ita est affligata (ut sic dicam) propri nature, quam terminata, ut nulli alteri communicari possit, quod alii verbis dici solet, suppositum creatum ita esse imperfectum, ut non possit alienam naturam assumere aut terminare. Quam incommunicabilitatem non habet diuina persona aut substantia: potest enim pluribus naturis communicari per hypostaticam unionem sicut supernaturaliter: naturaliter enim id fieri non potest, nam licet esse modo communicabilem connaturale sit diuina persona, vel substantia ipsa ramè communicari nullatenus creata potest esse connaturalis, cum ergo fieri debat per mutationem creaturæ, & non Dei, necessario sequitur, ut per solam mutationem, vel actionem supernaturalem fieri possit. Unde fit hanc incommunicabilitatem absolute sumptam non esse de ratione suppositi ut sic, sed de ratione suppositi creati. Imo in ipso metu supposito creato non oritur ex aliqua conditione ad rationem suppositi pertinente, nam alii etiam rebus conuenit, quæ non sunt supposita. Una enim forma non potest naturaliter esse in diversis materiis adæquate, nec una materia sub diversis formis inter se repugnantibus, neque unum accidens in distinctis subiectis, neque una natura in distinctis suppositis, & sic de aliis. Quod ergo substantia creata non possit naturaliter communicari pluribus rebus, seu naturis, ex eo prouenit, quod limitata est & finita: ex eadem enim radice similis incommunicabilitas reperitur in omnibus exemplis adductis, & in aliis rebus aut modis similibus. Quod vero etiam supernaturaliter eadem substantia creata incommunicabilis sit multis naturis, etiam existimat prouenire ex limitatione eius, sed quia haec communis ratio non sufficit, ut opinor, addendum est id oriri ex propria imperfectione substantia creata, scilicet, quia solum est modus naturæ, quam terminata, & non res omnino ab illa distincta. Est enim intrinsecum huic modo, ut solam illam rem affectare possit, quam modicat, quia in suo modo affectandi dicit quandam identitatem cum re, quam affectio. Unde hoc non est proprium substantiarum, sed commune omnibus modis, tam substantiis, quam accidentalibus: quam rem latius tractauit in. 1. tom. 3. p. disp. 13 sect. 4.

Porro præter communicationem vniuersi rei respectu plurium, potest intelligi communicatio vniuersi respectu alterius per formalē unionem, vel conjunctionem aliquam, ut forma communicatur materiali, & materia formæ, & sic de aliis. Atque hoc modo nulla esse videtur res creata (ut diuina omittamus) omnino incommunicabilis: quamquam enim non omnis res omni modo communicari possit, nul la tamen videatur esse res, quæ non sit aliquo modo communicabilis. Nam, ut dicebam, materia communicatur formæ, & forma materiæ, & accidens communicatur subiecto & subiectum accidenti, & (quod ad rem præsentem spectat) substantia communicatur naturæ, cui intime coniungitur, eam terminando, & natura communicatur supposito, cuius est forma & essentia, & ipsi etiam substantiarum communicatur, siquidem illi vniuntur. Unde conclusio videatur, incommunicabilitatem, absolute sumptam non posse esse de ratione substantiarum etiam creata, sed sub aliqua determinata ratione vel imitatione.

Tom. II. Metaphys.

Quod vt declaremus, aduertendum est, aliud esse loqui de supposito, aliud de quaenq[ue] re creata substantia: aliud denique de substantia ipsa completa, vel incompleta. Suppositum enim absolute dictum significat substantiam completam & totalem, atque omnino determinatam in genere substantiæ. Unde suppositum creatum ut tale est, omnino est incommunicabile, quia neque ulterius determinari potest, aut quæ contraria, vel modicari in genere substantiarum, & quamvis accidentia recipiat, quibus communicari videtur, non tamen recipit illa secundum substantiam suam, sed secundum naturam, cuius signum est, quia ablata substantia, eadē accidentia manent, præterquam quod haec communicatio accidentium est in alio genere, & valde extrinseca. Non potest autem suppositum creatum communicari secundum substantiam suam alteri nature substanciali, non solum naturaliter, verum nec supernaturaliter, ut diximus, atque ita est omnino incommunicabile. Formaliter autem ac propriissime, & quatenus suppositum est, est incommunicabile alteri supposito, non solum creato, sed etiam diuino, ut ab eo sustentetur seu terminetur: nam in ratione sua includit, quod sic ultimo terminatum: haec ergo incommunicabilitas est propria suppositi, ut suppositum est. Unde etiam diuinis & increatis suppositis cōvenit, nam licet suppositum diuinum comunicabile sit creatis naturis, non tamen ut ab eis terminetur, sed ut eas terminet, & quasi se sustineat.

Neque huic incommunicabilitati obstat, quod cum una aqua, v.g. vniatur alteri: ex duobus suppositis integris vnum, acq[ui]p[er] ita videretur vnum suppositum substancialiter vnius & communicari alteri ad conponendum vnum tertium. Hoc (inquit) non obstat, quia cum dicitur suppositum incommunicabile, intelligitur formaliter seu cum compositione, id est, manens suppositum: nam si amitteret rationem seu complementum suppositi, id quod rel. quum est, communicari poterit, scilicet ut pars rotivel comparci. Atque ita contingit in prædicto exemplo, nam cum aqua vniatur aquæ, utraque amittit aliquem ultimum terminum terminantem & completem rationem totius, seu totalis substancialis, quam suppositum significat, & ambæ acquirunt communem terminum, in quo vniuntur per modum partium: & ideo quæ vniuntur, non sunt supposita, sed potius ut vniuntur, desinunt esse supposita, atque ita semper verum est, suppositum ut suppositum est incommunicabile, vel (ut ita dicam) inunibile substancialiter alteri supposito. Diximus autem superiorius, substantias, quæ sic vniuntur, non amittere totam substantiam quam antea habebant, sed solum indivisibilem terminum eius: ex quo fit, ut partes aquæ post unionem inter se possint dici substantias, non tamen supposita: nam denominatio substantiarum indifferens est ad totum, & ad partes, quæ participant substantiam modum, seu ad rem completam & incompletam: denominatio autem suppositi, sicut & personæ, est solum substantia completa, & plene constituta in suo genere. Quod ex communi vnu horum nominum constat. Sic enim, ut notauit D. Thom. i. part. qu. 29. articulo 1. ad 5. anima rationalis etiam separata, sicut substantia, non est persona, quia est substantia incompleta, sicut nec manus (inquit) nec quæcumque alia pars corporis hominis. Quod si quis dicat saltem posse vocari suppositum incompletum, sicut nonnulli appellant animam semipersonam: respondendum est, id solum penderet ex vnu vocis, ideoque esse illam locutionem impræcūsman, & in rigore fallam: nam cum dicitur suppositum incompletum, inuoluitur repugnaria in ipsis terminis secundum propriam significationem eorum, nam suppositum non significat nisi substantiam completam. Verum est, D. Th. interdum indicare illam distinctionem, non tamen sub nomine suppositi, sed substantis, & hoc aliquid, ut

256
pateri. p. q. 75. artic. 2. ad 1. vbi ait: Hoc aliquid potest accipi dupliciter, uno modo pro quo cuncte subsistente, alio modo pro subsistente completo in natura aliquae speciei: primo modo excludit inherentiam accidentis, & forma materialis, secundo modo excludit imperfectionem partis: unde manus posset dicitur aliquid primo modo sed non secundo modo, & idem est de anima.

LX.
Subsistens
et solutus
redit om-
nino in com-
municabi-
lem na-
ram.

Quocirca loquendo de subsistente ut sic, non in-
cludit eam omnimodam incomunicabilitatem, quam includit suppositum. Nam in diuinis natura
subsistens, etiam si perfectum & completum ens,
incomunicabilis est tribus suppositis, non ut ab eis
pendeat, nec quia illis indigat ut subsistat, sed pro-
per suam infinitatem, ratione cuius communicatur
multis suppositis ineffabiliter quodam modo, per sum-
mam identitatem & simplicitatem. In creaturis au-
tem non haber locum ille modus communicatio-
nis, & ideo si res subsistens sit etiam completa, est o-
mnino incomunicabilis, ac suppositum. Res au-
tem incompleta subsistens potest esse communica-
bilis per modum partis, dummodo talis communi-
cacio non sit per inherentiam, non hoc repugnat cu-
modo subsistendi ut dictum est: vno autem per mo-
dum partis non repugnat rei subsistenti incompletæ
seu partiali, cum possit dari subsistente extensa, &
constans ex partibus, ut ostendit est.

LXI.
*Que in-
sistentia*
ioquædo-
deratio
no sub-
sistens.

Atque ita facile constat quid dicendum sit de sub-
sistente ipsa in abstracto sumpta, nam, generatim
incomunicabilis, ratione illius tantum est illa incommu-
nicabilitas, quæ opponitur inherentia, seu inex-
istentia in alio sustentante: loquendo vero in particu-
lari de subsistente completa, quæ in rebus creatis
semper est supposititas, vel personalitas, illa potest
dici aliquid modo communicabilis ut quod, incom-
unicabilis vero ut quo, si Metaphysicorum more
loquatur: illa enim quæ enus est atque quidam natu-
ra cui adiungitur, communicatur illi, & hoc sensu
dicitur communicabilis ut quod, constat ratiōne re
omnino incomunicabilem, tum per modum for-
mae inherentis, quatenus subsistens est, tum etiam
per modum partis quatenus completa est & hoc mo-
do dicitur incomunicabilis, ut quo. Vnde conse-
quenter habet ut etiam ut quod, fit incomunicabi-
lis carteris rebus, præterquam sua propria natura: &
ut illi etiam non sit communicabilis per inherentiam,
sed per inciam quandam modificationem & identi-
tatem. Duobus præterea modis intelligi potest sub-
sistente creatam, & completam esse incommu-
cabilem ut quo, seu (quod idem est) esse rationem
constituentem rem incomunicabilem. Primo re-
spectu ipsius constituti per ipsum ut sic: & hoc est cer-
tissimum, quia illud constitutum est suppositum,
quod ut tale est, omnino est incomunicabile, ut de-
claravimus. Secundo respectu naturæ quam termi-
nat, id est, quod non soluta suppositum ipsum, sed et-
iam naturam semel terminata reddit incommu-
cabilem alteri supposito, seu incapacem alterius
subsistentia. Et hoc quidem, si solum secundum na-
turæ leges, & capacitem naturalem intelligatur, est
iam ad diuinam potentiam res est certa, quoniam
probabile sit hoc etiam modo reddi prorsus in com-
unicabilem naturam creatam, propria subsisten-
tia terminata. Quamvis nec de natura diuina, nec
de creata terminata personalitate diuina, id verum
habeat, de qua re dixi. t. m. tertia parte disputat. 14.
sectione secunda. De subsistente denique incom-
pleta dicendum est, constituere rem incommu-
cabilem per modum inherentis, non tamen per
modum partis: nam hoc ipso, quod incompleta est,
potest esse pars: & ideo illi non repugnat com-
municatio per modum partis, ut satis ex superiori
bus constat.

LXII. Solum occurrit ultimo aduertendum, dupliciter
esse posse subsistentiam incompletam, scilicet, vel

ex se & intrinsece, vel ex accidente & (vt ita dicam) Dicitur
ratione status. Prior modo est incompleta sub-
sistenta anima rationalis, vel materia prima: & id
eo iure anima sit coniuncta, sive ut separata, sem-
per subsistenta eius est incompleta, semperque est
communicabilis, neque post separationem habet
aliquem modum positivum, communicationi re-
pugnante: & propter hanc etiam causam non est
suppositum. Posterior autem modo est incompleta
subsistenta partis aquæ quando unita est alteri parti,
quia solum propter statum non est terminata pro-
prio & incomunicabili termino. Ac propter hunc
pareatur, acquirit talentum terminum, estque verum sup-
positum habens subsistentiam completam. Atque ita
satis constat quo modo subsistenta incomunicabili
is sit, & qua ratione hæc proprietas non repugnat di-
uisibilitati eius, seu compositioni ex partibus: & ita et
iam sufficiens satis factum est argumentis in princi-
pio sectionis postis.

SECTIO VI.

*Quam causam efficientem & materialen
habeat subsistens.*

X his quæ hactenus diximus de for-
malis ratione subsistentiæ, explicita-
sunt fere omnes proprietates, & varia
diuisiones eius, nimirum in incom-
pletam & completam, in spiritualem &
materialiem, in simplicem & compositam, seu diui-
sibilem & indivisibilem. Solum ergo superest dicen-
dum in praesente sectione de causis eius, & in sequen-
tiæ eius effectibus. Inter causas autem subsistentiæ
finalis declarata est, explicando munus & necessita-
tis eius, formalis autem nulla est, quia ipsa subsistens
solum ergo dicendum superest de efficiente, & ob-
ter aliiquid attingamus de materiali.

Duo ergo sunt circa efficientem causam
subsistentiæ. Primum est: necessariam esse aliquam III.
causam, à qua omnis subsistens rerum creatarum Subsistens
fiat. Pater, quia hæc subsistens est, aliquid realis, & id animus
est quid increatum aut æternum: ergo necesse est
que illud sit. Secundum est, subsistens esse qualecumque, nam
iusque rei ab ea causa efficiente fieri, à qua fit res. vniuersitas
ipsa quæ subsistit, seu natura illa quam terminat sub-
sistens, itaque in angelis & rebus omnibus, quæ per
creationem sunt, Deus ipse est causa efficiens sub-
sistens: in his autem quæ sunt per generationem ge-
nerans ipsum à quo res genita sunt, etiam confert illi
breuiter probatur, quia tam creatio, quam gene-
ratio, per se primo & immediate tendit ad rem sub-
sistenter ut sic: ergo necesse est ut efficiens creatio-
nem vel generationem, efficiat aliquo modo sub-
sistentiæ sui effectus. Difficultas vero est etiam duplex:
se sola, & eadem omnino actione qua conferit illi ex-
istentiam, conferat etiam subsistentiæ: secunda, effi-
cione si aliquo modo diversa, an sit immediate à fo-
lio efficiente existentiam rei: vel an illam efficiat me-
diante ipsam natura cuius est subsistens.

Qua actione fiat subsistens.

Cœtra priorem partem multi sentiunt eadem &
subsistenter cum subsistencia ipsa, & existentia. Quæ Auctor
sentienti videtur sumi ex Diuino Thoma i. part. quæ-
propter rei subsistens: quia eius est fieri cuius
est esse: illius autem propriæ est esse, quod est sub-
sistens.